¶ Multorum vocabulorum equiuoco=
rum interpretatio magistri Johãnis de
garlandia grammatico et latini cupido/
permaxime necessaria incipit.




BRITISH MUSEUM
15 FEB 51

Equiuoca magr̄i Johānis de Garlādia.

Augustus/ti/to.cesar vel mensis habeto August⁹.
Augustus/tus/tui. vult diuinatio dici
Nobile cum fiat augustus: nobile signat
Augeo dat primū: dant gustos auisqꝫ secundum.

¶ In superiori libro tractauit autor de synonimis: quibus sufficiēter secūdū ordinem alphabeti tractatis. In isto secundo libro suo ⁊ vltimo de equiuocatione nominū ⁊ verboꝝ aliarumqꝫ partiū orationis eodem ordine (qui superius est seruatus) intendit plenius edocere. In prima igitur agit de equiuocatione huius dictionis Augustus: dicēs ꝙ plura signat. Sed qr ꝓm diuersam significationē illius declinatio variatur: docet autor primo eius declinationē: quia cognita eius significatio facilius cognoscetur. ¶ Ponit ergo differentiā inter augustus quod est secūde declinationis nominū: et augustus quod est quarte declinationis noīm: ambo tamen substantiua. Et augustus/ta.tum. tam prime ꝙ̄ secunde declinationis: et est adiectiuū. Dicens ꝙ hic augustus ti.to. secunde declinationis fuit quidam imperator romanorū sic dictus ab augeo/ges. quia post victoriā obtentā ab hostibus quos deuicit. Antonium videlicet et cleopatram multipliciter auxit rempublicam. Unde tanta prerogatiua meruit dignitatis extolli ꝙ ipse ⁊ quilibēt imperator post eum suo nomine censeretur. Unde sic scribitur imperatori semper Augusto. Uel ideo quia quilibet imperator vocatur Augustus: qr auget rempublicam: vel habet, siue haberet voluntatem augendi.

¶ Item Augustus eiusdē declinationis secūde vocatur quidam mensis (the moneth of August) quia in eo mense augentur fructus. Uel qr in illo mense natus fuerat ille imperator. Uel quia in illo mense de hostibus triumphauit qui mensis ante vocabatur Sextilis. quia est sextus mensis ab imbre. id est a Martio. sicut September dicitur septimus ab imbre: et sic de ceteris.

¶ hic Augustus/tus.tui. quarte declinationis est quedā species diuinationis (anglice wytchecrafte) facta per augustū auiū: qn̄ aliquis predicat futura per garritū auium. Solebant enim antiquitus escam spergere gallinis: ⁊ in gustu et acceptione illius esce solebant capere diuinationē: que augustus dicitur. Et tunc cōponitur de hoc nomine auis/uis. ⁊ hic gustus/tus.tui. (anglice a taast.) Unde augustus quasi auis gustus.

¶ Augustus/ta.tum. id est hic et hec nobilis et hoc le. Ouidius. Uox precor augustas pro me tua molliat aures. Et etiam tunc componitur ab aue ⁊ gustus: quia solis nobilibus licuit olim gustare aues. Et tunc cōparatur augustus augustior augustissimus. ¶ Construe. Augustus cesar vel mensis. i. existens cesar vel mensis habeto. i. habeat ti/to. istas inflectiones. ti/in genitiuo et to/in dtō. Augustus in ntō. Uel sic potest exponi. O tu cesar vel o tu mensis habeto. id est habe. augustus. i. hoc nomen augustus faciens ti/in genitiuo: et to/in datiuo. sed mihi prior cōstructio magis placet. Secundū versum sic construe. Augustus faciens tus/in genitiuo: et tui/in datiuo. vult dici diuinatio. i. quedā species diuinationis: que fit per gustū auiū. Tertium versum sic construe. Et cum augustus fiat. i. sit factum mobile. i. adiectiuum. sic declinatur. Augustus/ta.tū. signat. i. significat nobile. i. illud quod hic et hec nobilis et hoc nobile significat. ¶ Augeo dat. ⁊c̄. Cōstrue. augeo. i. hoc verbū augeo/auges/auxi/augere. dat primum augustum. i. augustus qn̄ idem est quod imperator cesar: vel mensis. id est deriuatur de augeo. Gustus ⁊ pro et/et auis dant ꝫm augustū. i. augustus qn̄ idem est quod diuinatio: vel qn̄ est nomē adiectiuum: tunc componitur de hoc nomine auis et gustus/tus.tui.

Aura. Aura/fauor/splendor/flatus dicatur et aer.

¶ hic ponit autor equiuocationē in ista dictione hec aura/re. Dicēs ꝙ equi-uocatur ad quatuor. ¶ Aura idē est qđ fauor. Unde Lucanus. Totis popu-laribus auris impelli. auris. i. fauoribus. Et alañ. in anticlaudiano. popula-ri dedit⁹ aure. aure populari. i. fauore populari. Et aura idē est qđ splendor/ oris. Uñ Uirgili⁹. Per ramos aura refulsit. Et aura est flat⁹. Unde Uirgili⁹. Leuis aut flām̄ans grādior aura negat. Ouid. Se dimisit in auras. ¶ Con-sie. Aura dicat̄ fauor ⁊ splēdor ⁊ sic de alijs. Et dr̄ aura de hic aer aeris.

Abacus Est abacus mensa/metrum/capitale columne

¶ hic autor agit de equiuocatione istius dictionis abacus: dicens ꝙ equiuo-catur ad tria: qr idē est qđ mensa marmorea sup̱ quā antiqui solebāt in cōui-uijs ⁊ in cenis ponere ciphos argēteos ⁊ cupas aureas. que quidē ꝯ̄uiis apđ veteres fiebant de marmore: apud modernos fit de alijs lapidibus siue de li-gnis artificiose cōiunctis (et vocat̄ anglice a cupborde) ¶ Uel abacus est mē-sa super quā geometri solebant figuras depingere/puluere glauco vel viridi superiecto. Item abacus est metrū. i. numeratio vel circulus innumerox̄ cō-tinens decem circulos: ita ꝙ vnus circulus semp̱ decuplat alterū. In primo circulo est vnitas. In secundo decem. In tertio centum. In quarto mille. In quinto decem milia. In nono cētū mille milia. In decimo et vltimo millesies mille milia. Et talis decuplatio vocat̄ abacus. Et deriuat̄ de hic abax/aba-cis. penul. correpta in genitiuo ꝯm priscianū: ⁊ interpretat̄ decem. ¶ Itē aba-cus est saxum quadratū quod super columnas marmoreas ponitur (anglice the heedstone of the pyller.) ¶ Cōstrue. Abac⁹ est mensa: ⁊ est neutrū vt su-pra diximus. ⁊ capitale supple saxum capitale columne.

Acus hoc Hec acus stibium/calamistrū/fibula/rome.
Acus hec. Portula/ruricole stimulus/pugioq̄z draconis
Hoc acus est palea sutoribus hec acus apta
Hoc aceris faciet: sed acus dabit hec genitiuo.

¶ hic autor dicit ꝙ hoc nomen acus est equiuocū ad plura. Deinde dicit ꝙ est hec acus/cus. ⁊ hoc acus aceris. et ꝯm istā diuersitatē gn̄is diuersam habet significationē ⁊ diuersam declinationē. Nā hec acus/cus. est quarte declina-tionis: ⁊ est equiuocū ad sex. Nam idē est qđ stibiū/bij. qđ est quoddā vnguē-tum quo mulieres et meretrices solent vngere facies suas. vt sic appareant illas intuentibus albiores (anglice starche.) Uel vocat̄ cerusa quā apothecarij vēdūt. ¶ Et hec acus est calamistrū/tri. et est quoddā instrumētū ferreū quo crines crispantur. Uñ versus. Illud quo crines crispant̄ fit calamistrum. ¶ hec acus est quedā parua porta rome stricta et arcta nimis. Uñ euāgeli-cū. Difficili⁹ est diuitē intrare in regnū celox̄: q̄ȝ camelū transire per foramē ac⁹. i. illi⁹ stricte porte. Unde Sedulius in carmine paschali. Namq̄ȝ foramē acus sicut trāsire camelus. Membrox̄ p̱ mole nequit sic diues opima. Fer-tilitate tumens tn̄ nō possit adire. Celestis regni ducentem ad limina callē. ¶ Itē hec acus: est fibula (anglice a nedle) et dicit̄ a suo/suis/ere. (anglice to sowe) ⁊ est ꝓprie illud q̄ sutores ꝯsuūt sotulares: sȝ hic ponit̄ p̱ oī instrumēto.

quo aliquid consuitur siue sit calceus.id est sotularis:siue pannus siue vestis ¶ Hec acus/us.ui.est stimulus rusticule(anglice a godis prycke)quo pungun tur boues qui nolunt trahere. ¶ Et pugio.i.stimulus drachonis. (anglice a stynge of a serpente)vel cuiuscunqꝫ alterius:siue sit serpentis siue musce:dum modo pungit:et dicitur etiam pro illo quo stimulantur boues:⁊ pro stimulo apis ⁊ cuiuslibet musce sic pungentis.Unde psal. Tu deuicto mortis aculeo. id est tormento mortis superato.¶ Hoc acus.⁊c. Hic ponit differentiā inter hoc acus ⁊ hec acus dicēs ꝙ hoc acus est palea.i.purgamentum annone(an glice a chaffe) Unde Uarro.Acus substernendum est gallinis parturiētibus Et hec acus est illud cū quo suitur(a nydle) ¶ Hoc aceris.⁊c. Hic dicit ꝙ hoc acus facit aceris in gtō ⁊ est tertie declinationis.Et hec acus facit acus in ge nitiuo:et sic est quarte declin̄.¶ Cōstrue. Hoc acus est ibibusm.⁊c. Hoc acus est palea.id est purgamentū annone. hec acus est apta sutoribus.i.omnib9 qui suunt vel cōsuunt hoc.i.qn̄ acus declinatur per hoc/tunc faciet aceris in genitiuo.hec.id est quando declinatur per hec/tunc dabit acus in genitiuo.

Est acies belli/cultelli/visus ocelli. Acies/ei.

¶ Hic autor ponit equiuocationē huius nōis hec acies/ei.dicēs ꝙ equiuocatꝫ ad tria.Nam acies est exercit9 belli (anglice the fronte of the fore warde of a batell) Et dr̄ de acuo/is.eo ꝙ armis acutis armatus eat ad bellum. Unde Staci9 thebaidos. Primo fraternas acies alternaqꝫ regna.⁊c. Acies est sum= mitas vel acumen cultelli:qr acuta est. Un̄ Prudētius in psichomatia. Eres sed cocto casa formata metallo. Tantūmodo percussa refert aciēqꝫ rotūdit. aciem.i.acumē gladij:vel ferrū lance. ¶ Est acies visus oculoꝝ. Claudian9 Sustinuitqꝫ nobilior diē acie.i.visu. Boeti9 de ꝯsola.li.pmo. Cuius acies la= chrimis diuersa.i.visus. ¶ Construe. Acies est belli.i.exercitus/turma/ala belli:et est acumen cultelli:et est visus ocelli.i.oculi.

Acer et indomitus/seuus/velox:et acerbus Acer.

¶ Hic autor docet ꝙ hoc nomē acer est equiuocū ad quatuor. Et dr̄ hic acer hec acris ⁊ hoc acre.de acuo/is. ¶ Item acer.i.indomitus(anglice vnchasty sed/or vnreclemed/or wylde) Un̄ dr̄. Illic erat acer achilles.i.fortis ⁊ indomi tus. ¶ Acer.i.seuus/a.um.(anglice cruell/ or fell.) Un̄ dr̄ acri animo insurre= xit in me.i.seuo vl̄ crudeli animo. ¶ Acer.i.velox(anglice swyfte) Un̄ dr̄. Iste equus est acer pedibus.i.velox. ¶ Acer.i.acerbus/amarus(anglice bytter) vt sunt fructus immaturi. Bene dicūt. Poma immaturata sunt acria.i.acer ba. ¶ Dicitur etiam acer arbor que apud veteres in precio fuit. Inde dicta est mensa acerina.i.ex tali ligno.

Dicitur ala phalanx:acella parsqꝫ volucris Ala/ale Acella.

¶ Autor hic docet de equiuocatione hui9 nōis ala/le.dicēs ꝙ equiuocatꝫ ad tria. Nā idē est qꝺ phalāx militū.i.turma vel societas militū:qr sicut gallina pullos suos ꝓtegit alis suis.sic milites clipeis suis cooperiūt et ꝓtegūt pedi tes ab hostibus. Lucan9. Tu discute cesaris alas.i.phalāgas vl̄ turmas mi litū. Ala.i.acella.i.illa concauitas que est sub brachio(an arme hole) Hora.in epi. Ne forte sub ala fasciculū portes.sub ala.i.sub acella. ¶ Ala/ale.est pars volucris: vt ibi quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis. Et

deriuatur ala ab alo alis. id est nutrire. ¶ Hec phalanx. gis. id est comitiua/ societas militum/ turma. Et potest scribi cum f sine ph/ sicut falanx: quia greci vbi scribunt ph/ nos scribere possumus f ad latinam declinationem. ¶ Hec acella/ le. Hec volucris/ cris. media correpta semper in prosa quamuis possit hic produci in metro: vt in hoc versu.

Altus. Est altum sublime bonum subtile profundum
Est altum longum nutritum dicimus altum.

¶ Hic docet autor quot significationes habet altus/ ta. tū. dicēs quod sex. Nam altus ta/ tū. est idē quod hic et hec sublimis et hoc me. Unde Ouidius. Jupiter ex alta periuria ridet amantū. i. deridet periuris. ¶ Et altus/ ta. tū. i. bon⁹/ na. num. Unde iste homo est alta fame. i. bone fame. Item altus idē est quod subtilis (anglice sutyll) vt magister est alte scientie. i. subtilis scientie. Et idem est quod profundus/ da. dum. vt in paruo doctrinali. Stult⁹ qui puppim sine remige ducit in altum. i. in mari. ¶ Altus/ ta. tum. i. longus/ ga. gu. Ut iste homo est altus. id est longus. ¶ Et hic nota quod differentia est inter altitudinem hominis/ et lōgitudinem: quia altitudo hominis est ipsa densitas que est inter pectus et dorsum hominis. Sed longitudo est illa quantitas que est in vertice capitis vsque ad plantam pedis. Et hoc expresse inuenitur in libro Augustini de ciuitate dei. Item altus/ ta. tum. potest esse participiū preteriti temporis ab hoc verbo alor/ eris. altus sum/ vel alitus sum/ ali. et tunc idē est quod nutritus/ ta. tum. et secundum illam significationem dicitur. Iste est altus in domo regis/ altus id est nutritus. ab alo/ alis: venit pro quacunque significatione.

Alūnus Est qui me nutrit et qui nutritur alumnus
Hospes. Sic qui suscipior et qui me suscipit hospes
Vector Est etiam vector qui vehit et vehitur
Spoliū Est etiam spolium spoliantis et spoliati
Uulnus Uulnus agentis erit: vulnus dic et patientis.

¶ Hic docet autor equiuocationē isti⁹ dictionis alūnus que equiuocatur ad duo quia alūnus est ille qui nutrit aliquē: et etiā alūnus est iste qui nutritur. Et post illam equiuocationē ex indecenti causa affinitatis significationis loquitur autor de istis dictionibus hospes/ vector/ spolium: et vulnus propter generalem significationē quā habent inter se. nō quia incipiāt ab ista litera A. Generalis significatio inter istas dictiones est quod possunt actiue vel passiue sumi. Actiue: vt alūnus est ille qui alit Passiue: vt alūnus est ille qui alitur. Hospes est ille qui recipit aliquos in hospitiū suum: et etiā est ille qui recipitur. ¶ Vector est portitor. i. ille qui vehit. id est portat aliquid. et etiā est ille qui vehitur. i. portatur. ¶ Spoliū est illud quod aufert ab aliquo per vim. Et dicitur tā ex parte illi⁹ qui expoliat quam illius qui expoliatur Et vulnus est illius qui intulit illud: vel illius cui infertur. ¶ Alūnus ab alo/ alis. lui. lere. altū/ tu. per sincopā in supi. vnde hic alitor/ oris. vel hic altor/ oris. et hec altrix id est nutritor. et alutrix vel alitrix. Hic et hec hospes/ tis. componitur de hostiū et peto/ tis. vnde hospes quasi hostipetēs. i. hostiū petēs. Et inde hec hospita/ te. et hospitus/ ta. tum. quod componitur inhospitus/ inhospita/ tum. id est non hospitus. Sed in his omnibus non inuenitur nisi in illa significatione que in a

in quocunq; casu sit in vtroq; numero inuenitur terminare. Inuenitur g̃ ntũs vectũs et abitũs singularis in feminino genere: et ntũs actũs ⁊ vectũs plurales in neutro genere scz hospita et inhospita. ¶ Hic vector/oris. nomen verbale. Et formatur a primo supino veho/is. vectum/tu. u mutata in or/fit vector. et tunc vector est ille qui vehit. Sed vector quando est ille qui vehitur: tunc formatur a primo supino huius verbi vehor/ris. vectũ: um in or fit vector ẜm quosdam. Sed si sic tunc essent infinita verba alia consimilis significationis. Hoc spolium/lij. dicitur a spolio/as. aui. are. Spolia proprie dicuntur ille res que sunt arrepte ab hostibus in fugam conuersis. Itẽ spolia sunt priuatorum exuuie ducum ⁊ diuitum. ¶ Hic vulnus/vulneris. de vio vis/vsu/ visum in supino. ⁊ ẜt plaga corporis quod ferro vel fuste vel lapide fit. q; vrit patientẽ. vel dicitur a vulnero quia infertur. et est sicut diximus agentis: vt ibi. Uulnus ab ore trahit. i. ferrum vulnificum. ⁊ sic patet q; ponitur in significatione actiua. ¶ Construe. Qui suscipior. ⁊c. Ego qui suscipior scz ad hospitium est hospes: ⁊ ille qui me suscipit in hospitium est hospes. Ceteri versus sunt satis plani.

Antes et prostantes trahit antes filius antes. Antes

¶ Hic autor ponit equiuocationẽ in hac dictione antes dicens q; equiuocatur ad tria. Nã antes sunt extremitates que tpe verno amputantur (anglice hangynge braunches of vynes) que vinitor abscidit. et declinatur in plurali numero hi antes. Genitiuo horum antium. Item antes est proprium nomẽ cuiusdam viri. Et antes est genitiui casus: et declinatur hec ante. Genitiuo huius antes. Datiuo huic ante. et est proprium nomen mulieris. ⁊ est prime declinationis grecorum: sicut phebe et cybe. ¶ Construe. Antes ille homo sic vocatur filius. i. qui fuit filius antes. id est illius mulieris/ trahit. i. abstrahit antes. id est extremitates vitum.

Littera vel titulus sit apex/culmen de corona Apex

¶ Hic docet autor equiuocationem istius dictiõis hic apex apicis dicens q; equiuocatur ad quatuor. Nã idẽ est quod littera. et proprie apices dicũtur ille littere que alte in muris et parietibus scribũtur. Sed quelibet lr̃a qñq; dicitur apex. Uñ in euãgelio scribitur. Un⁹ apex nõ preteribit donec oĩa fiãt Item apex est summitas (anglice hyghnesse) vñ apex quasi apes. i. a pedib⁹ quod est in summo a pedibus remotum est. Et apex dicitur titulus. Unde legitur in apicibus librorum. id est titulis. Itẽ apex est corona vel pileus quo gentiles sacerdotes vtebantur. ¶ Construe. Apex sit littera vel titulus: ve pro vel culmen. id est summitas vel corona. id est pileus.

Aptus conueniens aptatus dic et adeptus. Aptus

¶ Hic ponit autor equiuocationẽ istius dictionis aptus/ta. tũ. dicẽs q; equiuocatur ad tria. nã aptus est idẽ quod cõueniens (anglice accordynge) vt iste lapis est aptus huic operi. id est conueniens. Et idem est quod aptus/ta. tũ. (anglice a shapen) vt ista penna nõ est apta ꝓ scriptura mea. i. aptata. Et idẽ est adeptus/ta. tũ. id est acquisitus. Unde dicit aliquis. Hoc non est aptũ mihi. id est acquisitum. Et aptus componitur cum in/ et dicitur ineptus/ta. tũ. Cum ad/ et dicitur adeptus/ta. tum. et illud de adipiscor/eris. adeptus sum adipisci verbum deponens. Littera satis patet.

Aries. **Est aries animal/signum/quoqꝫ machina belli.**

¶ Hic docet autor quot significationes habet hic aries/tis.penul.cor.dicens ꝙ aries est animal(anglice a wedder)vt ibi. Nō sibi sed reliqs aries sua vellera portat.et est vnū de duodecī signis celestibus.Vñ dr. Sol est in ariete.i. in tali signo qđ vocatur aries: et est quedā bellica machina conueniēs ad oppugnādum castris obsesso(anglice an engyn.)Vñ Lucanus. His aries actus dis perget saxa lacertis. Unde arieto/tas.i.percutere ad murū cū ariete ad deiiciendū eum.Unde Uirg. Arietat in portis ⁊ duros obice postes.Et arietare est qñ arietes concurrūt cum capitibus vel aliqua alia animalia:vel sic. Aries dr aial(anglice a wedder)qꝛ primo in ara immolatus fuit.Aries dr ab ares grece qđ est virtus latine:qꝛ inest ei virtus generandi. Littera patet.

Atrium **Atria dic aulas:eadem cimiteria dicas**
Uel loca sacrorum dicat caput attero primi
Uel tria:sed reliquis atrium dicatur origo.

¶ Hic docet autor equiuocationē isti⁹ dictionis atriū dicēs ꝙ equiuocat ad tria.Qꝛ atriū idē est qđ aula.Vñ scribit.Duct⁹ est iesus in atriū pncipis.⁊c. id est in aulam.Et est cimiteriū.i.locus vbi corpora mortuoꝝ sepeliunt.Uel atria dicunt loca sacroꝝ.i.templa.Vñ. Stantes erant pedes nostri in atriis tuis.i.templis. Deinde dicit autor ꝙ atriū qñ est idē qđ aula sic deriuat de attero/is.tri ui.atterere: qꝛ sepius atteritur pedibus multoꝝ ambulantium in eo.Uel dr a tris quod est tres ppter tres portas ante introitū illius vel inclusionē triū portaꝝ.qꝛ sicut solēt esse tres porte anteqꝫ veniret ad atriū vel palaciū regis vel pricipis.Sed atriū qñ idē est qđ cimiteriū vel templū:tunc dr ater tra.trū.i.niger/gra.grū.qꝛ cimiteria ⁊ tēpla solēt esse obscura de decimis sacrificioꝝ ⁊ olocaustoꝝ ibidē oblatoꝝ.¶ Construe sic. Dic atria aulas esse:et dic eadē.i.atria esse cimiteria vel loca sacroꝝ.i.templa.Dicas attero.id est hoc verbū attero esse caput.i.originē pmi.i.qñ atriū idē est qđ aula:vel dicas tria.i.tris esse caput primi originē.Sed atriū.i.ater/tra.trū.dicat origo reliquis scꝫ significatiōibus.i.qñ atrium est cimiteriū vel templum.

Autumo. **Autumo qui spero/qui credo/qui puto dico**

¶ Hic dicit autor ꝙ autumo/as.habet tres sigtiones.Nā idē est qđ sperare/credere vel putare.Uirg.dicit autumo/as.verbū actiuū.i.puto/as i.affirmo credo. Et cōponit de ab et time grece quod est mens quasi in mente habere.Sed in illa compositione mutatur b in u.¶ Construe.Dico ꝙ ego qui spero autumo/qui puto autumo/qui credo autumo.

Haurio. **Haurit consumit/videt/euacuat/fert/audit**
Sorbet et excitat/extrahit atqꝫ bibit.

¶ Hic docet ꝙ hoc verbū haurio/ris.equiuocat ad nouē. Nā haurire.i.consumere vel destruere: vt ibi. Hic plenas hauserat vrbes.hauserat.i.consumpserat vel destruxerat.¶ Et idē est qđ videre.Vñ Uirg. Haurit hūc oculis ignē. id est videt hunc ignē oculis suis.¶ Et est euacuare:vt iste hausit aqs fontis

id est euacuauit. Et est ferire vel percutere vt hic. Hūc hausit lancea torta .i. percussit. Et est idem qḋ audire: vt iste haurit doctrinā magistri .i. audit. Et est idem qḋ sorbere. vt iste haurit in scutellā oleū .i. sorbet. Et est idē qḋ exiccare. vt lotrix haurit pānos. vel vt in hoc exemplo et melius. Sed haurit humiditatē terre. Et idem qḋ extrahere. Et idem est quod bibere. vt cū dicit. Hausit cyphum plenum vino. id est bibit.

Accipit et nutrit/data sumit/dirip it/audit. Accipio

¶ Hic docet autor equiuocationē huius verbi accipio/pis. accepi accipe acceptū/tu. in supino. qḋ est verbū actiuū. dicēs ꝙ equiuocat ad quatuor: quia idē est qḋ nutrio/tris. vt iste est alūnus q̄ accipit me a iuuētute .i. qui nutrit. Et idē est qḋ assumere: vt hic. Accipiā de te quicq̄d dederis mihi lete. Et idē est qḋ diripere. et inde dicitur hic accipiter/tris. de accipio/pis. qḋ est diripere. qꝛ diripit aues .i. rapit. Unde quidā dixit. Accipit accipiter volucres dū diripit illas .i. rapit illas. Accipio .i. audeo vt hic patet. Quas ego per terras et quanta per equora vectū. Accipio quātis iactatū nauta periclis. Quam metui ne quid libie tibi regna noscerent. Item a capio/pis. cepi/capere idem est qḋ obtinere/inuadere circūuenire/secūdum hugui.

Quod facit hoc acuit/acet illud quod fit acutum. acet. acuit

¶ Hic ponit autor differētiam inter acuit qḋ est tertia persona huius verbi acuo/is. et acet qḋ est tertia ꝑsona huius verbi aceo/es. qḋ verbum nō est in vsu: quo ad primas et scḋas ꝑsonas: qꝛ proprie hoc verbū dicitur de vino: vt hoc vinū acet. id est est acidū vel aceto ꝫ. ¶ Dicit ergo autor ꝙ illud acuit quod facit aliquid acutū. Sed illud acet qḋ est vel fit acidū. Ut cultellus meus acuit et vinū acet. Unde vnū ad alterū est vt actiuū ad passiuum. Itē nota ꝙ acuit est preteritū vtriusqꝫ ỽbi scilicet acuo/acuis/acui/ere. et aceo/ces. acui/acere. Et de aceo deriuat inchoatiuū scꝫ acesco/cis .i. incipere acere vel fieri acidū. Uñ horatius. Sincerū nisi vas quodcūqꝫ infundis acescit. Acuo/is. facit acutū/tu. in supinis. Sed aceo/aces. caret supinis.

Hec adolet/signat/ardet crescit quoqꝫ mactat. Adoleo.

¶ Hic autor docet quot significationes habet adoleo/oles. dicēs ꝙ tres. Nā idē est qḋ cremare. Uñ Ouidius in primo methamor. Utqꝫ leues stipule demptis adolentur aristis: adolent .i. cremantur. Itē alibi. Thura adolete focis si qs seruare velitis incolumes fetus. adolete id est cremate. Et ꝛm istam significationē dicūt ꝙ adoleo caret supino. Adolere .i. crescere. hug. Mox cū matura adoleuerit etas. adoleuerit .i. creuerit. ⁊ Prudēti⁹ in psichomachia. Et dom⁹ ⁊ dñi paribusqꝫ adoleuimus annis .i. creuimus. Et ꝛm istā significationē adoleo facit adultū/tu. in supino. vñ adultus/a. um .i. cretus/a. um. vel maturus/a. um. vt iste homo est adultus. ⁊ ista seges nō est adulta .i. matura (anglice not rype.) Itē adolere .i. mactare. Uñ illḋ. Debemusqꝫ dūs vitulos adolere supernis. adolere id est mactare. ¶ Cōstrue. Adolet significat hec .i. ardet/crescit: qꝫ ꝑ ⁊ mactat. Et nota ꝙ meli⁹ est dicere cremat qꝫ ardet: qꝛ ardet est ỽbū neutrū ⁊ absolutū ⁊ taliter nō significat adoleo/les. immo actiue sicut cremo/as. vt adoleo ligna. vel cremo ligna bñ dr: sed nō bñ ardeo ligna. sed dicendo ligna ardent. ¶ Hic nota hos versus de cōpositis ab oleo: ⁊ de significatiōibus eorūdē. Si iungas oleo sub: crescit ⁊ insolitū dat. Ad cremat

& crescit: ab delet: re bene spirat. ¶ Et flectitur sic. Adoleo/les. leui. vt adolui adolere adultum/tu. vel adolitũ/tu. in supino. Vñ doctrinale. Etum vel per itũ dicas adolere p ultum. scʒ in supino. Sed omnia composita ab oleo faciunt supina in itũ. penul. correpta: vel in etũ penul. producta. vt redoleo/les. leui. vel redolui redoletũ vel redolitum. ¶ De adoleo dr hec adolescẽtia. Et est adolescentia a quartodecimo anno vsqȝ ad vicesimũ annuʒ. ¶ Flectitur ardeo ardes arsi ardere arsum su. Et inde dicitᷣ arsiuerte verbum defectiuũ imperatiui modi secunde persone. i. auerte ignem. Item cresco crescis creui crescere cretum tu. in supinis verbum neutrum.

Admitto. Admittit recipit/delinquit/laxat habenas

¶ hic docet autor ꝙ admitto/tis. habet tres significatiões. Nam idẽ est qđ recipere: vt ibi. Rogo vos quatenus fratrem meum in vestrã amicitiam admittatis. id est recipiatis (anglice receyue.) Et est idem qđ deliquere vel peccare (anglice to trespasse) vt in quadã oratione dicitur. Et admissa defleam: & ea postea nõ admittam/admissa. i. peccata: non admittam. id est non delinquam vel non peccem vlterius. ¶ Admittere id est laxare (anglice to shake the reynes of a brydell.) vt ibi. Non opus admisso subdere calcar equo. Admisso. i. laxato vel veloci. Admittere equum. i. quadã velocitate vel agilitate eũ vertere vel ducere. Unde admissus admissa admissũ. i. velox. Unde hic admissarius/rij. (anglice a courser) Et coniugatur admitto admittis admisi admittere admissum su. in supino. verbum actiuuʒ quando significat recipere. Sed in alijs significationibꝰ est neutruʒ quando idem est qđ peccare siue laxare habenas. Et componitur de ad & mitto/tis. i. delinquo/is. deliqui delictũ/tu. i. peccare neutrum est. de de & linquo/is. componitur.

Animaduerto. Hoc animaduertis: in eum quem verbere punis
Ast animaduertis/in eũ quem verbere punis.

¶ hic autor docet ꝙ animaduerto/tis. habet duas significatiões. Nã idẽ est qđ mẽte pcicere. Catho. Cũ animaduertẽ. i. mẽte perciperẽ. Et animaduertere. i. punire. quia anteqȝ pene irrogetur vertitᷣ qualitas & quãtitas pene in animo iudicis: qꝛ ipse animã ad reũ puniendũ vertit vt perpẽdat qua pena sit puniendus reus. Unde animaduersio/onis. id est pene punitio: & genꝰ omnium penarum. ¶ Nota ꝙ animaduertere non sumitur proprie pro punire: sed pro vertere animum in aliquem quomodo debet puniri illum. Et est animaduerto/tis. ti. versum/su. actiuũ et cõponitur de hic animus/mi. & verto/tis. interposita d. ¶ Cõstrue. Tu animaduertis hoc qđ percipitur tibi mente. Ast pro & animaduertis scilicet cum animo tuo in eum. id est ad eum/quẽ punis id est vis punire/verbere. id est aliqua pena.

Aduertor. Si sit deponens designat spernere tuncqȝ
Accusatiuum poscit iungi sibi casum.
In vi passiui notat aduertor remoueri

¶ hic autor docet ꝙ aduertor/teris. est equocũ ad duo. Nã idẽ est qđ remoueor/eris. et tunc est passiuũ. Et est idem qđ spernere vel vilipẽdere: & tũc est

deponens. Unde Boetius de consolatione philosophie libro primo. Eheu ꝙ surda miseros auertitur aure. Et fluentes oculos claudere seua negat. auertitur .i. vilipēdit vel spernit (Sensus) ꝙ mors auertitur .i. spernit necare miseros homines. Auertor/eris. quando est passiuum auersus sum/auerti/auertendi/do. dum. auersum/su. auertens/tendus. Sed quando est deponēs habet tria participia: auertens/auersus/auersurus. ¶ Construe. Hoc verbum auertor quando est in vi passiui supple verbi: notat. id est significat remoueri. id est remoueor. Et si sit deponens scꝫ verbum/designat spernere. i. quod sperno/spernis. ꝙ pro et: et tunc poscit. i. petit actm̄ casum. Ut auertor te. id est sperno te. Sed quando est passiuum construitur cum ablto̅ casu mediante prepositione a vel ab. vt auertor a te. id est remoueor a te.

Afficit/informat/punit/cupit: hec tria signat. — Afficio.

¶ Autor docet hic ꝙ afficio/cis. habet tres significationes. Nā est infortunare vel tingere: vt iste pannus fusco colore afficitur. i. informatur vel tingitur Afficere. i. punire vt si dicam Doloris magna molestia mens mea vehementer afficitur. id est turbatur/punitur/vel torquetur. Et afficere idē est qđ cupere. Et inde deriuatur hic affectus/us. ui. cupiditas vel desideriū voluntatis. ¶ Afficio declinat. Afficio/cis. affeci/affectū/tu. in supinis verbū actiuū Et componitur de ad et facio/facis. ¶ Construe. Hoc verbū afficio/afficis. significat hec tria. scilicet informat/punit/et cupit.

Autor agit libros/pastor pecudes/puer annos Hic facit/hic ducit/hic multos transit in annos. — Ago agis

¶ Hic dicit autor ꝙ ago agis. habet tres significationes. Nam agere idē est qđ facere. vt iste agit rem. i. facit. Et agere idem est qđ ducere anglice to lede/or dryue) vt pastor agit pecudes. id est ducit vel sequitur. Et componitur abigo/gis. abegi. ere. id est abducere/furari/fugare/separari. Unde hic abiges/gis. id est fur armentorum et pecorum. Et abiges abiget. i. abactor/dispersor/fugator/vel furator pecorū. Item agere ponitur pro trāsigere: vt hic Nos annos agimus ad fata quousqꝫ venimꝰ agimus. i. transigimus. ¶ Construe. Autor vel actor agit. i. facit libros/pastor agit. id est ducit pecudes/puer agit. id est transigit annos. Uel agit annos. id est transit in annos.

Gratus agit grates/agitur tua res: agit actor. — Ago grates.

¶ Item agere idem est qđ soluere. sed nisi in tali locutione. Pro omnibus beneficijs nobis et nostris de bonitate vestra gratanter impensis: vobis grates agimus multiformes. Itē agitur in passiua significatione reperitur pro tangitur vel pro dubio stat. Ut apud Horatiū in epistolis. Nam tua res agit paries cum proximus ardet. Et eundem versum ponit alanus in anticlaudiano suo. Et agere idē est simpliciter facere: vt iste egit domū. id est fecit: vt agit. id est facit domum. Unde hic actor. hec actrix. i. factor vel factrix. ¶ Construe. Gratus. id est gratus homo/agit. i. soluit vel reddit grates scilicet pro beneficio accepto: tua res. id est vtilitas agitur. id est tangitur/et actor. i. aliquis factor/agit. id est facit quod sibi placuerit.

Allego. Denotat allego causor confirmo iuuoqz.

¶ Hic docet autor equiuocationē istius verbi allego/gas. cuius media producitur dicens/ꝙ equiuocatur ad tria. Nam allegare est causari (anglice to plede) vt iste allegat pro me. i. causatur. Et allegare est cōfirmare (anglice to cōferme) vt iste allegat litteras meas. i. cōfirmat. Et est idē qđ iuuare (anglice to helpe) vt allegabo necessitatem tuam. i. iuuabo. et est actiuū prime cōiugationis. Et cōponitur de ad et lego/as. Et lego/as. idē est qđ mittere: vt rex legauit nuncios in franciam. Et legare est aliquid in testamēto alicui relinquere. Unde in testamentis scribitur. Lego talem librū tali ecclesie. Un⁹. Qui mittit legat: moriens dando sua legat. Causor/aris. verbū deponēs. iuuo/as. iuui. are. iutū/tu. in supinis. Unde verbalia. hic iutor/oris. hec iutrix/cis. ¶ Cōstrue. hoc verbū allego/as. denotat. i. significat ista scilicet causor/aris. confirmo/as. qꝫ pro et: ⁊ iuuo/as. iuui. are.

Ambio. Ambio cum cupio: sic dicitur ambio lustro
Ambitio sit circuitus/nota sicqz cupido
Ambitus est nomen/ambitus participale.

¶ Hic dī autor ꝙ ambio/bis. biui. ire. equiuocat̄ ad duo. Nam idē est qđ cupere et ꝓprie honores: vt hic. A multis ambitur honor qbus ille negat̄. ambitur. i. cupit̄. Itē ambire est lustrare qđ idem est qđ circuire (anglice to goo) vt hic ambimus ecclesias q̄s a..mus. ambimus. i. circuimus. Itē in scđo versu dicit autor ꝙ ambitio qđ descendit ab ambio est equiuocū. Nā idē est qđ circuitus. Et idē est qđ cupido. i. cupiditas honoris. Item in tertio versu ponit autor differentiā inter hic ambitus/tus. tui. nomē cuius media corripitur: et ambitus/a. um. cuius media producitur. dicēs ꝙ ambitus nomē cuius media corripitur idē est qđ cupiditas. vel idē qđ circuitus/us. ui. et ambitus/a. um. cui⁹ media producitur est pticipiū pteriti tpis huius verbi ambior/iris. et est idem qđ cupidus/a. um. vel circuitus/a. um. ¶ Cōstrue. Ego ambio cū cupio hoc verbū ambio dī idē qđ lustro/as. aui. are. i. circuire. hoc nomē ambitio idem est qđ nota. i. signū/ circuitas. i. istius dictionis circuit⁹. qꝫ pro et. et ambitio sit idem qđ. i. cupiditas honoris. Ambitus/us. ui. cuius media corripitur est nomē. i. talis pars orationis. Ambitus cui⁹ media producitur: est participiū. i. illa pars orationis que dicitur participium.

Arceo. Arcet qui remouet et cogere dicitur arcet
Ast acuens arcet: vnde hic arconius exit.

¶ Hic docet autor ꝙ arceo/ces. habet duas significationes. Nam arcere est idē qđ remouere. vñ Uirg. Quis te nr̄is amplexibus arcet. i. remouet. Et est idē qđ cogere. vñ apud Staciū. Arcebāt egrū lachrymis ⁊ multa gementē. Itē dicit autor ꝙ arconius/nij. mascu. gn̄is deriuat̄ ab arceo/ces. et tūc videtur ꝙ arceo est idē qđ acuo/is. qꝛ arconius est acut⁹ in superiori parte. Sed melius dī de arceo/ces. et hic conus/ni. (anglice a creest) qđ est summitas: qꝛ arcetur. i. arctatur in cono. i. in summitate. vel dī de acuo/is. qꝛ acutus est in summitate: et est arconius cumulus bladi vl' feni: cū post messem noviter cōgregātur in aruo (anglice a cocke of hay) Uñ arcenizo/as. (anglice to mowe)

¶ Construe. Ille arcet qui remouet / et hoc verbū arcet dicitur cogere. i. idem est qd cogo / gis. et arceo / ces. cui. arcere / arctū / tu. in supinis verbū actiuū. ac per et. et arcens est idē qd acuens. vñ hic arconius / nij. exit. i. deriuatur.

Arcus / volta / sinus: sic est semicirculus / iris. Arcus

¶ hic autor docet q hec dictio arcus equiuocat ad quatuor. Nam idem est qd sinus / volta / fornix / siue curuatura volte (anglice a voute.) Nota sinus est portus curuatus vel curuum littus maris (anglice a crokynge of the water) ¶ Arcus est semicirculus. i. medius circulus: et pro ea causa arcus vocat illa arma quibus vtimur ad sagittādū (anglice a bowe) quia fit ad modū semicirculi. Et dr ab arceo / ces. qr arcet hostes nostros a nobis. i. remouet. ¶ Arcus dr iris. videlicet ille semicirculus qui apparet in firmamēto tēpore pluuioso (anglice a reynbowe) Unde Genesis. Ponam arcum meum in nubibus celi. id est iridem. Et est iris repercussio radiorū solis ad nubem. ¶ Cōstrue. Arcus est volta / sinus. etc. hic arcus / cus. cui. Iris declinat sic. Nominatiuo hic iris. Genitiuo huius iris vel iridis. Datiuo iri vel iridi.

Arcitenens arcū: simul arcitenens tenet arcem
Primatumqz tenens dicitur architenens. Arcitenēs. Archite.

¶ Autor hic docet q hec dictio arcitenens habet duas significatiões. Nam potest cōponi de hic arcus / cus. cui. et teneo / nes. quasi tenēs arcū (anglice an archer.) ¶ Arcitenēs potest cōponi de hic arx arcis. i. turris. et teneo / nes. quasi tenēs arcē. Et est aliquis morans in turri. vel qui tenet et defendit turrim. ¶ Deinde dicit q architenēs scriptum per aspirationē. et tūc cōponit de archos grece qd est principatus latine. Unde architenens quasi tenens principatum inter aliquos. hic et hec architenens. id est arcem vel arcum tenens. hic et hec architenens scz primatum. hec arx arcis. id est turris. hic primatus / tus. id est principatus / tus. dominatus / tus. vel magistratus / tus.

Articulus color est / membrum breue: dictio greca
Articulus numerus per denos multiplicatus
Momentum dic articulus / pressuraqz punctus
Est manuum digitus: articulusqz pedum. Articulus.

¶ hic docet autor equiuocationē istius dictionis hic articulus / li. dicēs q equiuocatur ad septē. Nam articulus est quidam color rhetoricus scz qn plures dictiones simul veniunt in vna oratione et qlibet earū pūctarū pfertur vt hic Armis classe cibo dux es male castra petisti. Solus inermis inops inglorius inde redisti. Ferro peste fame cōsumptus eo et perijsti. Vel vt hic. Clericus est letus psallens pbus et requisitus. Rusticus est vilis tegmine pelle pilis. ¶ Articulus est membrū breue pedis (anglice a too) digitus pprie manuū. Et est idem qd pars greca. i. pars orōnis apud grecos solam relationē faciēs siue significās. Sed hanc partē orōnis nos latini nō habemus: sed loco huius habemus pnoīa articularia scz hic hec hoc. Sicut enim nos discernimus genera et numeros per ista pronomina articularia. sic et illi per illam partē orōnis q

articulus vocat: cognoscūt genera et numeros suos. Et scribit articul9 masculini gñis apud grecos talibus figuris (τοῦ) et sonat tu. Item articulus est numerus multiplicatus per decē. Nota q numerorū alius est digitus: alius articulus: alius cōpositus. Digitus est omnis numerus qui est inter vnū et nouē inclusiue. vt hic. i. ij. iij. iiij. v. vi. vii. viii. ix. Uñ vnum est digitus: duo digitus: tres est digit9. quatuor digitus. et sic de singulis vsq; nouē: et nouem est digitus. ¶ Articulus est proximus numerus illi vltimo digito scʒ nouem: et dicitur denarius: q2 decem immediate post nouem sunt. Et nō tm̄ ille denarius est articulus sed oīs numerus per decem multiplicatus. vt denari9 numerus multiplicatus facit viginti. et ille vicenarius numerus est articulus: et numerus denarius triplicatus triginta. et ille trigesimus numerus est articulus: et sic oīs per decē numeratus est articulus: vt viginti/triginta/ quadraginta ꝛc. centū/mille. et vsq; in infinitū. Item articulus est idem qđ momentū. vt ibi. Temporis articulo successit gratia sceptro. articulo. i. momento. Et idē est qđ pressura: vt hic Articulos acres passi sumus. ¶ Et idem est qđ punctus: vt hic. Illius amicitiam preciosam existimo qui michi namq; in necessitatis articulo renuit subuenire. Et vt hic. hō iste est in articulo mortis. i. in pūcto mortis. ¶ In illo vltimo versu ponit autor differentiā inter articulum et digitum dicēs q digitus est manuum. i. breue membrū man9 (anglice a finger) et articulus est proprie digitus pedis (anglice a too)

Arguere. Arguit ista facit/prohibet/probat/et reprehendit.

¶ hic autor dicit q hoc verbū arguo/is. equiuocat ad tria. Nā idē est qđ prohibere. vt arguo te ne maleficos imiteris. Uirgilius. Neq; timoris argue. Et idē est qđ probare: vt iste bene arguit. i. probat. Et est idem qđ reprehēdere. vt Dñe ne in furore tuo arguas me. i. reprehendas. Et coniugatur arguo/is. gui. ere. argutū/tu. verbū actiuū. Et cōponitur cū re/interposita d/ꝛ dr redarguo/is. et cū con deposita n/et dr coarguo/is. ¶ Construe. hoc verbū arguo facit. i. significat ista scʒ prohibere/probare/et reprehendere.

Argutus Argutum breue coniunctum: subtile/profundū.

¶ hic autor docet equiuocationē istius dictionis argutus/a. um. dicens q equiuocat ad quatuor. Nam est idē qđ hic et hec breuis et hoc breue. Ouid. Corporis arguti surgit pigmeus ꝛc. Et sunt pigmei populi nō habētes in lōgitudine nisi vnū cubitū vel pedem. ꝛ viuūt nisi per septē annos. q2 in tertio annō gignūt ꝛ pariūt. in septimo anno senescunt. hij pugnāt cū grub9 omni anno/et sepe superantur. De his loquitur Iuuenalis ibi. Cohors tota pede nō est altior vno. ¶ Argutum. i. cōstrictum: ibi. Argutaq; lamina ferri. Et est subtilis. horatius. Comin9 argutus vexat fur. ¶ Argutus. i. sonorus/a. um. (anglice well soundynge) Unde Uirgilius in bucco. Forte sub arguta cōsiderat ylice daphnis. ¶ Construe. Argutum est breue ꝛc. et est nomen comparabile argutus/argutior/argutissimus et mobile ꝛc.

argumē. Historiam inuentū specimen notat argumentum.

¶ hic autor docet q argumētū/ti. equiuocat ad tria. Primo. i. hystoria. Unde Ouidius. Est argumenti lente poeta tui. i. hystorie tue. Et est inuentū. Unde hoc est argumētū meū. i. inuētū meū. ¶ Itē est specimē. i. pbatio. vt habit9 monachi est argumētū sue religiōis. i. pbatio. Nota iste v̄sus est spondaicus

nam quintus pes est spondeus.
¶ Construe. hoc nomen argumentū notat.i.significat hystoriā/ specimē/ inuentum. Et dr de arguo/is. Et specimen dicitur pulchritudo/signum/imago/ noticia/experimentū/a specio/cis.sine vsu.

Ardea nomen auis/et nomen dicitur vrbis. Ardea.

¶ hic autor docet quot significationes habet hec ardea/dee.dicēs q̄ duas: nā est auis quedam(anglice a heron)et dr de arduus/a.um.i.altus/a.um.qꝛ petit alta volando. Et est quedam ciuitas que in alto loco sita est.

Assidet indulget/iuxta sedet assimilatur. Assideo.

¶ De equiuocatione istius verbi assideo/des.autor dicit q̄ equiuocatur ad tria. Nam idem est qđ indulgere: vt iste assidet doctrine.id est indulget.⁊ est idē qđ iuxta sedere: vt assideas mihi.i.iuxta me sedeas. Jñ hic assessor/oris. Et dicuntur assessores qui iuxta iudices sedent. vt consilium prebeāt illis in causis et iudicijs terminandis. Et est idē qđ assimilari(anglice to lykyn.) Ut iste assidet insano.i.assimilatur furioso. ¶ Construe. hoc verbū assidet indulget ⁊c̄. Et coniugat̄. Assideo/es.assedi/dere.assessum/su.in supinis.⁊ est neutrum. Et componitur de ad et sedeo/es.

Dicitur assiduus diues sic et studiosus
As assis primum dabit/as...deoqꝫ secundum. Assiduus

¶ hic docet autor equiuocationem istius dictionis assiduus/a.um.dicens q̄ equiuocatur ad duo. Primo.i.diues:⁊ tunc deriuatur ab hoc noīe as/assis.i. obolus: qꝛ ex cōgregatione assium.i.obolorꝫ efficitur quis diues. Et est idem qđ studiosus/a.um.et tunc de assideo/es.id est indulgere.vt superiꝰ dicitur. ¶ Construe. Assiduus dicitur diues: et similiter dicitur studiosus. As faciēs assis in genitiuo dabit primum.i.assiduus qñ idem est qđ diues: et pro et/et assideo/es.dabit secundum.id est assiduus quando est studiosus.

Asserit affirmat/coniungit liberat atqꝫ
Uendicat asserere dicitur equiuoce. Assero

¶ hic autor docet quot significationes habet assero/ris.dicens q̄ quinqꝫ. Nā idem est qđ affirmare.vt assero dictum vr̄m.i.affirmo. Et est idē qđ coniungere.vt ibi. Asser asseri asseritur.id est coniūgitur. Uel sic. Tabula tabule cōiungitur. Et est idem qđ liberare. Lucanꝰ. Asserit vrbes sola fames.i.liberat vel euacuat. Et est vēdicare. Uñ Ouidius metha. Nec laudes assere nostras assere.id est vendica(to chalenge) ¶ Construe. Asserit hoc verbū faciēs asserere in infinitiuo dicitur equiuoce.id est equa voce affirmat ⁊c̄. Et coniugatur. Assero/asseris/asserui/assertum/tu.in supinis.verbum actiuum.de ad/⁊ sero componitur.

Cum non sit nomē alias genitiuum trahit omen
Temporis atqꝫ loci datur huic communio voci. Alias.

¶ hic autor ponit equiuocationem huius aduerbij alias dicēs. q est aliquā do aduerbiū temporis: vt faciam hoc alias. id est in alio tempore. Et aliquā do est aduerbium loci: vt loquor secum alias. id est in alio loco. ¶ Construe. Cum alias ista dictio non sit nomen: sed aduerbium/ trahit geminum omen id est habet duas significationes/ cōmunio. id est communis significatio tē poris et loci datur huic voci alias.

Amen. **Nominis/ aduerbij/ verbi sensum tenet amen.**

¶ hic autor docet q hec dictio amen est equiuocum. Quia aliquādo stat no minaliter: vt ego sum amen. i. veritas via et vita. Aliquando aduerbialiter vt amen dico vobis. id est vere aduerbiū affirmandi. Et aliquando verbaliter. vt ibi. Quando respondemus presbytero oranti. Amen. i. fiat sicut orasti Amen secundum huguitionem. i. vere/ fideliter/ vel sic fiat. et componitur ab a quod est sine: et mene. i. defectus. vnde amē quasi sine defectu: et est hebreum et non latinum.
¶ Construe. hec dictio amen tenet. id est habet sensum. id est significationē nominis aduerbij rē. vt patet in exemplis.

Baccha **Baccha/ lapis charus/ fructus/ bachiqз sacerdos.**

¶ Finita illa parte in qua autor tractauit de dictionibus equiuocis incipientibus ab a littera. hic intendit tractare de dictionibus equiuocis a littera b incipientibus. Et primo ponit equiuocationē in ista dictiōe hec baccha bacche. dicens q equiuocatur ad tria. Nam baccha est quidam lapis preciosus. Unde in auiano. Quis precium nitido cortice baccha daret. ¶ Itē baccha est fructus oliue vel lauri. Et qnqз ponitur pro quolibet fructu: et precipue arborum siluestrium. Et baccha est sacerdotissa bacchi/ vel mulier: quia leuiter debriatur. Bacchus vocatur deus vini: et qnqз ponitur pro ipso vino ¶ Cōstrue sic. Baccha est lapis charus. et est fructus scilicet oliue vel lauri: q pro et/ et est sacerdos. id est sacerdotissa bachi. Et tunc bacha scribitur cū vno c. Et deriuatur de bachus/ chi.

Bidens. **Marra bidens ouis est bidens venit inde bidētal Dens et bis primi bis et annus origo secundi.**

¶ hic docet autor equiuocationem istius dictionis hic bidens/ tis. dicens q equiuocat ad duo. Nam idem est qđ marra (anglice a mattok) Uñ virgilius Seminibus positus superest deducere terram. Sepius a capite duros agitare bidentes. Et tunc cōponitur de bis et hic dens/ tis. quasi habens duos dentes: vnum acutum/ et alium minus acutum vel latum. Et bidens idem qđ hec ouis/ ouis. et tunc componitur de bis/ et hic annus/ ni. quasi habēs binos annos in etate: quia proprie ouis duorum annorū dicitur bidens vel q: bis in anno ducebantur oues ad sacrificium apud antiquos: vel quia habet binos dentes ceteris altiores. Unde hoc bidental. media producta. id est talis locus vbi fulmen cadit sic dictus a bidentibus sacrificatis: vel est aliquid fulmine percussum. Unde Persius. Triste iacet lucis euitandumqз bidental ¶ Construe. Bidens est marra: q pro et/ et bidens est ouis/ bidental venit inde. id est de bidens quando est ouis: dens et bis sunt origo primi. id est bidēs quando est marra. Sed bis et annus sunt origo secundi: quando bidens est ouis.

Bostar erit nomē ꝓpꝛiū/stabulū quoqꝫ bostar Bostar.
Bostaris facit hoc genitiuo: bostaris ille
Bostariqꝫ boues: bostaris esse solent.

¶ Hic docet autoꝛ equiuocationē istius dictionis bostar dicēs ꝙ equiuocatur ad duo: qꝛ bostar ponitur pro ꝓprio noīe cuiusdā viri. Et bostar est stabulum boum. Deinde dicit ꝙ qn̄ bostar est stabulum est neutri generis et facit gtīm bostaris. media producta. Et quando est ꝓpꝛiū nomen facit gtīm bostaris media correpta. Et qn̄ est ꝓpꝛiū nomē est mascu. gn̄is. ꝛ declinatur sic. Ntō hic bostar. gtō huius bostaris. dtō huic bostari. actō hūc bostarem. vtō o bostar abltō ab hoc bostare. In oībus casib⁹ media corripitur: ꝛ est primitiuū: ꝛ a nullo deriuatur. Sed bostar ꝓ loco vbi boues stant (anglice an oxe stable) ꝛ declinatur sic. Ntō hoc bostar. gtō huius bostaris. dtō huic bostari. actō hoc bostar. vtō o bostar. abltō ab hoc bostari. In oībus casibus media ꝓducitur. ꝛ cōponitur de bos et sto/stas. ¶ Cōstrue. hoc nomē bostar erit ꝓpꝛiū nomē viri quoqꝫ ꝓ ꝛ/et bostar erit stabulum scꝫ boū. Bostaris. ꝛc̄. i. hoc bostar/bostaris. media producta et neu. gn̄is est stabulū boum. Et qn̄ est ꝓpꝛiū nomē declinatur per hic. et corripit mediā. ¶ In bostare. ꝛc̄. Sed illa lr̄a est corrupta ꝛ falsa: qꝛ bostar qn̄ est neutri generis facit ablatiuum in i/tantum: vt nominatiuo hoc bostar. ablatiuo hoc bostari. Et omne nomen neutri generis terminans in ar/in nominatiuo: facit ablatiuum in i tantū: vt hoc lucanar. ablatiuo ab hoc lucanari. hoc laquear. ablatiuo ab hoc laqueari.

Est bubo volucris: est moꝛbus bubo sub ano Bubo.

¶ Hic docet autoꝛ ꝙ bubo habet duas significatiōes. Nā bubo est quedam auis. et nomen suū habet a sono vocis (anglice an owle) Unde Ouidi⁹. Funereus bubo letali crimine fecit: et volat in nocte. Cuius clamoꝛ vel cantus desolationē pronosticat ciuitatis. Itē bubo est quidā moꝛbus in culo. i. in ano. (anglice fynches) Et qui patiuntur hunc morbum non possunt bene sedere. ¶ Construe. Bubo est volucris: et bubo est moꝛbus sub ano. i. sub culo. Et declinatur hic bubo. genitiuo huius bubonis. media producta pro vtraqꝫ significatione. hec volucris. hic anus/ni. i. culus/li.

Bulla tumoꝛ laticū/pueri nola/gemma/sigillum Bulla

vt ibi. Usqꝫ modo fleui casus incõmodo leui.i.sinistri casus. Sunt verba hecube vt orantis Junonẽ deam. Unde in carmine de troiano excidio. Quod superest cui corripe fine breui. corripe.i.breuia. et dicitur. ista syllaba corripitur.id est breuiatur. ¶ Et est idem qꝺ castigare vt ibi. Corripe stultũ et ipse odio habebit te. Uel aliter. Corripias stultum te nõ dimittit in vltũ. ¶ Et est idem qꝺ capere.simul capere. ¶ Corripio/pis.pui.pere.reptũ.tu.in supino. verbum actiuum. et componitur de con et rapio rapis.

Constat id est emittitur/permanet/estqꝫ palam. Constare.

¶ hic autor docet ꝙ consto/as.habet tres significatiões. Nã idẽ est qꝺ emere pro certo precio. Ut ista res constat tribus denarijs. vel cõstat tãti. ¶ Nota ꝙ cõsto/as.significãs precium cõstruit cũ gtõ casu vel abltõ. vt equus cõstitit michi quadraginta solidis vel solidoꝝ. Et est idẽ qꝺ ꝑmanere: vt deus constat in eternũ. ¶ Et cõstat.i.palã est: ꝛ tũc multotiẽs est impsonale. vt Cõstat ꝙ deus est. ¶ Cõstrue. Cõstat.i.qꝺ emitur: et sic de alijs. Cõsto/as.cõstiti.are.constitutũ/tu.et raro constatũ/tu.verbũ neutrũ est. Item constare.i. existere: vt domus constat ex tecto ꝛ pariete ꝛ fundamento.i.constituta est. Et idem est qꝺ perseuerare vt ille constat in proposito.i.perseuerat.

Consulo consiliũ querens: paritereqꝫ ministrans
Consulo te rogitans: tibi consulo consilium do. Consulo.

¶ hic docet autor ꝙ ꝯsulo/lis.est equiuocũ ad duo. Quia in vna significatione.i.querere cõsiliũ (anglice to aske counseyll) ab aliquo: ꝛ tũc cõstruit cũ actõ casu significante rem a quo consiliũ queritur: vt cõsulo te super vno dubio.i. quero consiliũ a te super re dubia. ¶ Et est idem qꝺ dare consiliũ: et tũc construitur cũ dtõ casu significante rem cui datur consiliũ. vt consulo tibi ne offẽdas deũ.i.do tibi consiliũ: et tunc est verbũ neutrũ.sed quando cõstruitur cũ actõ est verbũ actiuũ. ¶ Cõstrue. Ego querens consiliũ consulo: ꝙ pro ꝛ ego ministrans id est dans consiliũ cõsulo te. Deinde docet quẽ casum regit consulo quando est idẽ qꝺ querere consilium. Et quem casum regit consulo quãdo est idem qꝺ dare consilium dicens. Ego rogitans.i. querens consiliũ cõsulo te. Et sic patet ꝙ in tali significatione construit cum actõ casu. Et ego dãs consiliũ consulo tibi. et sic patet ꝙ in illa significatione construitur cũ dtõ casu. Consulo/lis.lui.sultum/tu.

Consultoꝛ rogitat: consultus consilium dat. Cõsultoꝛ. Cõsultus

¶ Autoꝛ hic docet differentiam inter hic consultoꝛ/oris. et hic cõsultus/ti. dicens ꝙ consultoꝛ est ille qui querit consiliũ. Sed consultus/ti. est ille qui dat consilium. Et potest adiectiue declinari: vt consultus/a.um.sapiens. et cõparatur consultus/tioꝛ.tissimus. Et etiã potest esse participiũ de cõsuloꝛ/eris. consultus sum. ¶ Construe. Consultoꝛ rogat id est petit consiliũ. et cõsultus dat consilium.

Argumentando tibi concludo te benedico
Sed te concludo cum rem te in menia claudo. Cõcludo.

14

¶ Hic ponit autor ꝙ hoc verbum cōcludo habet duas significationes. Nam cōcludere est aliquē argumentando vincere ⁊ tunc ꝯstruitur cū actō casu: vt concludā te. i. argumētando vincā te. ¶ Item ꝯcludere est aliquē claudere in domo vel in carcere vel in castro. et tūc est verbū actiuū ⁊ ꝯstruit etiā cū actō casu. vt ꝯcludā te in domo ne possis exire. ¶ Costrue. Ego dico bene cōcludo te argumētādo tibi: scȝ tecū. sed dico bene ꝯcludo te: cū claudo te inter menia. i. inter muros scȝ in domo/ vel in carcere vel in castro. Item ꝯcludo/ is. clausi/ clausum/ su. componitur de con ⁊ claudo/ dis.

Contēdo. **Contendit certat/ conatur/ diuidit excedit.**

¶ Autor docet hic ꝙ cōtendo/ dis. habet quatuor significationes. Nam contendere. i. certare vel litigare (anglice to stryue.) Unde catho. Contra verbosos noli contendere verbis. Et in tali significatione construitur cum datiuo casu vel cum ablatiuo mediante ista prepositione cum. ita ꝙ ille datiuus vel ablatiuus significat rem cum qua initur contentio. vt volo contendere tibi vel tecū in fortitudine vtrūqȝ di. Et hoc idē facit certo/ as. qñ significat ꝯtendere. Unde in aurora. Colli planities cuius albedine certat olori. Siue niui nullo q̄ pede trita fuit. Et loquitur de albedine sctē marie virginis. Dicit ꝙ planities colli sui. i. collū suū certat. i. contendit olori. i. cigno. i. cū olore in albedine. Siue certat niui. i. cū niue q̄ nullo pede fuit trita. i. calcata. ¶ Et est conari. Ut iste contēdit vincere. i. conat vincere. ¶ Et est diuidere. Un̄ Horatius. Non qui li domo contendere callidus ostro. contendere id est diuidere. ¶ Item idem est qꝺ excedere. Un̄ Statius. Atqȝ equum membus orbē ꝯsilijs armisqȝ potens cōtendit vlixes. contendit. i. excedit. ¶ Construe. Contēdit certat, i. aliqs cōtendit cū certat. Et sic de alijs. Contendit ꝓ certare ⁊ conari est neutrum ſm alias duas significatiōes est actiuum. et declinatur cōtendo/ dis. contendi/ dere. contētum/ tu. vel ꝯtensum/ su. in supinis. ¶ Item cōtendere est simul ire ⁊ simul tendere. et componit de con et tendo/ dis. tetēdi/ dere. quod facit tensum/ su. et tentum/ tu. in supinis secūdum Hugui.

Vers⁹ de maria.

Cōtigere. **Contingit notat euentum contingere tactum**

¶ Hic autor docet ꝙ cōtingo/ gis. habet duas significatiōes. Nam idē est qꝺ euenire: vt illud ꝯtingit michi male. id est euenit vel accidit. Et in eadē significatione sumitur aliqñ impersonaliter: vt contingit nobis vel vobis ire in cāpos/ vel cōtingit dum irem in campos. ¶ Item contingere. i. tangere. Ut illud factum cōtingit personā vestram: et est verbū actiuū ⁊ construit cū actō casu. Sed in illa significatione est neutrū et construitur cum datiuo. ¶ Construe. Hoc verbū contingit notat tactum. i. idem quod tango/ gis. tetigi/ tangere. Et declinatur contingo/ gis. contigi media correpta cōtactum/ tu, in supinis. Et componitur de con et tango/ gis. tetigi/ tangere.

Curo. **Hec tria signat curo/ medeor/ volo/ pasco.**

¶ Hic autor docet ꝙ curo/ as. habet tres significatiōes. Nā curare est idē qꝺ mederi vel sanare: vt medicus curauit egrū. i. sanauit. Et curo est idē qꝺ volo. i. desidero. Un̄ qdā. Qꝺ ego desidero curo. i. curo illꝺ qꝺ desidero. Itē idē est qꝺ pascere. Unde Catho. Familiam tuam cura. i. pasce. ¶ Construe. Hoc verbuȝ curo/ as. signat hec tria scȝ medeor volo pasco. Medeor/ eris. medicatus sum/ mederi. verbum deponēs. ⁊ caret circūlocutione preteriti. Sȝ acci=

pit mutuo a medicor/aris. ¶ Pasco pascis paui/pascere/pastum/tu. in supi nis verbũ actiuũ. Et dicitur curo de hec cura cure.

Dactilus est digit⁹ pes metricus est quoqȝ fruct⁹. Dactilus

¶ hic docet autor ꝙ hic dactilus/li. habet tres significationes. Nam idẽ est qđ digitus. Dicitur enim a dactylo grece qđ est digitus latine. ¶ Itẽ dacty= lus est quidã pes metricus constans ex vna longa precedente et duab⁹ bre= uibus subsequẽtib⁹: vt gaudia. ¶ Itẽ dactylus est fructus palmarũ. quia si= militudinem digitorũ imitari videtur (anglice a date.) ¶ Construe. Dacty= lus est digitus/et est pes metricus/et est fructus.

Dragma melos pondus si dragme sit genitiuus Dragma
Questio fit dragma cũ dragmatis est genitiuus
Dracma notãs põdus stateris pars quarta vocat. Dracma.

¶ hic ponit autor equiuocationẽ in ista dictione dragma Et post ponit dif= ferentiã inter dragma/me. feminini gñis ꝛ ṗme declinatiõis. Et hoc dragma/ matis. neutri gñis et tertie declinatiõis. Dicẽs ꝙ hec dragma/me. feminini gñis: et ṗme declinatiõis signat duo. Nã idẽ est qđ hic melos/lodis. vel hoc melos indeclinabile. i. dulcis cãtilena: vel dulcis modulatio (anglice a songe Et sic tali modo stat dragma ibi vbi can ecclesia. Frequẽtate nobis cãtica dragmatis. dragmatie. i. dulcib⁹ modulationib⁹. ¶ Itẽ hec dragma/me. est quoddã pondus: vt scribitur Machabeorũ. Duodecim dragmas argẽti mi sit hierosolimã ꝛc̃. Vñ⁹. Dat scrupulus nũmũ: nũmos tres dragma: sed octo Uncia dat dragmatis duodena: sed vncia libram. Isti versus docẽt certa põ dera. Scrupulus est põdus vnius nũmi. Dragma est pondus triũ nũmorũ. Uncia est põdus octo dragmarũ. Et duodeci constituũt vnã librã. Sed hoc dragma/matis. neutri gñis et tertie declinationis. est questio siue interro= gatio. Unde quoddam genus loquendi dicitur dragmaticum: quasi sit inter rogatiuum et responsiuũ per personas introductas. Ut in therentio. ¶ Cõ strue. Dragma est melos. id est dulcis cantilena vel modulatio et põdus cũ dragme sit genitiuus eius. Et dragma fit idem qđ questio: cũ dragmatis sit genitiuus. ¶ Dracma notans pondus ꝛc̃. Item docet autor ꝙ dracma quã do est pondus est quarta pars stateris. Et nota ꝙ hic stater/teris. secũdum autorem istum corripit penultimam in genitiuo. hugui. vero dicit ꝙ produ cit penultimam in genitiuo: videlicet hic stater. Unde hec statera/re. media producta. Et est statera lingua trutine. ¶ Stater/stateris. medietas vncie. Vñ⁹. Recte dicitur stater vncia si medietur. Unde si vncia ponderat viginti quatuor denarios: medietas illius est duodecim denarij. qui faciũt staterẽ. Unde dragma est pondus trium denariorum: qui tres denarij sunt quarta pars duodecim denariorum: qui faciũt staterem. ¶ Construe illum versum Dracma notãs. i. significans pondus vocatur quarta pars stateris. hugui. dicit ꝙ dracma/me. per c/est quoddam pondus scilicet octaua pars vncie. Sed hoc dragma/tis. per g tertie declinationis est questio sicut superius di cit. Sed prior littera magis placet.

Dictator notat officium/dictator honorem. Dictator

¶ hic docet autor q dictator habet duas significationes. Nã significat illũ q dictat litteras vel exercet officiũ dictãdi. Sicut est ille q dictat litteras pa pales: quia tal: officium est in curia romana. ¶ Item dictator est nomen di gnitatis: quia dictatores olim dicebantur principes. Unde Julius cesar di= cebatur dictator. ¶ Construe. Dictator notat officiũ ꝛ dictator notat hono= rem vt dictuz est. ¶ hic dictator/oris. nomen verbale formatum a primo su pino istius verbi dicto/as. dictatum. um in or fit dictator.

Dieta/te. Estqꝫ dieta cibus moderatus/iterqꝫ diei

¶ Autor hic docet q dieta/te. habet duas significatiões. Nam dieta est suffi ciens cibus pro vno die cuilibet siue sit sanus siue infirmus. Uel secũdũ phi= sicos dieta est cõpetens obseruãtia ciboꝝ sani hominis similiter et equi. Di eta est itineratio vni⁹ diei. Unde dieto/as. i. per diem ire (anglice to iourne). Et dicitur de dies diei. ¶ Construe. Dieta est cibus moderatus. qꝫ ꝑ et: ꝛ eit iter vnius diei. hoc iter. gtõ itineris. dtõ itineri. accusatiuo iter. vctõ o iter ablatiuo itinere. itinera. ꝛc. in plurali.

Dies diei Est clarus vel clara dies/clariqꝫ dies sunt

¶ hic autor docet q dies est equiuocum: et hoc propter diuersitatẽ generũ Nam quando est masculini generis: tũc significat certitudinem. Ut sic. Isto die fui Londonys. et quãdo est feminini generis incertitudinem significat. vt hic. Dies illa dies ire. quia dies illa est incerta. potest vel aliter dici q iste versus est doctrinalis: non equiuocus. docet enim q dies in singulari est du bij generis: et significatur cum dicit. Est clarus vel clara dies. Et declinatur hic vl' hec dies. sed in plurali est tãtũ masculini generis quod innuitur cum dicitur. Clariqꝫ dies sunt. id est dies in plurali est masculini generis: ꝛ nõ cla re. i. feminini generis. Unde in doctrinali scribitur. hic dabit hec ve dies: dãt hi tantummodo plures.

Disc⁹/ci. Est discus ludus/lecternum/mensa parapsis
Discus et aurora/tibi sit discus quoqꝫ mappa.

¶ hic autor docet q discus hꝫ sex significatiões. Nam est quidã ludus q est in plũbeis scutellis que proiecte fuerãt in aerẽ: ꝛ ipsa scutella plũbea cũ qua ludebatur dicebatur discus (anglice a coyte.) ¶ Et est idẽ qđ lecternũ. i. lectrũ super quod clerici legũt in ecclesia epistolas/lectiões: et hmõi. Et tũc discus dr de disco/cis. qr ibi discitur illđ qđ legitur. Et discus est mensa super quam comeditur: ꝛ hoc ꝓprie ſm hugui. per figuram que dr Metonomia et est qñ continens ponitur pro cõtento: vt si mensa poneretur pro disco: vel quando contentum ponitur pro continente: vt hic vbi discus ponitur pro mensa. Itẽ discus est aurora: ꝛ tunc dr discutio/tis. qr tunc nebule discutiũtur. i. dimouẽ tur ab inuicem. Item discus ponitur ꝓ mappa (anglice a tablecloth) Et hoc improprie sic qñ ponitur pro mensa. ¶ Constructio patet. hic discus/ci. dr de hoc discus indeclinabile. i. rotundũ vl' rotunditas. hec parapsis/parapsidis dr a par/paris. et hec apsida apside. i. latus/eris. et est vas qdrangulũ ꝛ qua drilatum: quasi paribus apsidis. i. lateribꝫ: et mutatur b in p. et scribitur cũ ps. Et hic ponitur pro scutella que discus est proprie. Et illđ vas est quo ser= uitur in mensa de carnibꝫ vel potagijs: vel huiusmodi. Unde Juuenalis. Qui multa magnaqꝫ parapside cenas.

Est tria discrimen/diuisio/glabra/periculum. Discrim

Hic autor docet q hoc nomen discrimen discriminis habet tres significationes. Nam idem est qd diuisio. Unde discrimino/as are.i.diuidere. Et discrimen est idem qd glabra (anglice the shed of the heed. Et discrimen.i.periculum. Un Theodolus. Nec si perficiant vite discrimina curat. Costrue. Discrimen est.i.significat tria scilz ista.hec diuisio/onis.hec glabra (anglice a scall) hoc periculum/cli.per sincopam.

Est dolus equocu/dolus est prudentia seu fraus Huius origo dolat/sit tibi siue dolet. Dolus

Hic autor docet q dolus/li.est equiuocum ad duo. Nam idem est qd prudentia vel ars egregie vel subtiliter dolandi. Un dolare.id est subtiliter scindere in ligno cum instrumento ferreo. Et tuc dolus deriuatur a dolo/dolas/dolare quod superius exponitur. Et dolus.id est fraus. vnde dolosus/a.um. vt iste est dolosus.id est decipiens et plenus dolis.i.fraudibus.et tunc dolus dicitur de doleo/es. sm istum autorem.

Dicitur aula domus/turba ministra domus. Domus.

Hic autor docet q hec domus habet duas significatioes. Na idem est qd edes vel aula in qua quis habitat. Domus.i.familia domus (anglice the housholde) Unde dicitur. Tota domus exiuit per fenestram.i.tota familia. Costrue. Domus dicitur aula.⁊ domus dicitur turba ministra ministras id est seruiens magistro vel dno suo. Magister/tra.trum.

Deficio neutrum tibi sit signando fatiscor Passiuumq; dabit tibi respuo significabit. Deficio.

Autor hic docet q deficio/cis. habet duas significationes: transitiua scilz ⁊ absoluta. Nam deficio/cis.est idem qd defectu pati vel deesse: vt iste lapis deficit. Deficere.i.destruere/derelinquere/respuere. vt ille deficit me.i.derelinquit vel destituit vel respuit. Unde Horatius. Sectantem leuia nerui deficiut.i.destituut. In prima significatione deficere.i.defectu pati vl deesse est neutru et absolutu. Sed in secunda significatione est transitiuu et habet passiuum scz deficior/eris.defectus/defici.i.destitui vel derelinqui. Costrue Deficio sit verbum neutru significando illud qd fatiscor/eris.fessus sum/fatisci.verbum deponens et est idem qd desinere vel deficere. Sed Hugui.dicit q nos dicimus fatisco/cis.fatiscere. quod antiqui no dicebat.sed fatiscor eris.fessus sum/fatisci.quod et nos dicimus. Et sic videtur q hic debet dici fatisco et non fatiscor. Passiuumq dabit coe q pro et.deficio dabit passiuum: si notabit.i.significabit idem qd respuo/is.i.refutare derelinquere. Deficio/cis.feci.ere.defectum/tu.componitur a de et facio/cis.

Deuoueo spondens/et deuoueo maledicens. Deuoueo

Hic autor docet q deuoueo/es.habet duas significationes. Primo.i.spo-

19

dere/promittere. Ut deuoueo tibi vnũ equũ.i.pmitto. Et deuouere.i.maledicere(anglice to curse) vt deuoueo detractores.i.maledico. vñ Ouid. Thesea deuoui q̃ te dimittere nollem. ¶ Cõstrue. Ego spondens deuoueo.i.promitto.et ego maledicens deuoueo. Et coniugatur deuoueo/es.media correpta.deuoui media producta.deuotum/tu.in supino.et in vtraq̃ significatione est actiuũ.et componitur cum de et voueo/ues.voui/votum.

Deuotus **Deuotus humilis/execratusq̃ benignus.**

¶ Hic autor docet q̃ hoc nomen deuotus/a.um.equiuocatur ad tria. Nam est idẽ qđ hic et hec humilis et hoc le. Ut iste bonus homo est non arrogans:sed deuotus.id est humilis non superbus. Et est idem qđ execratus/a.um.i.maledictus/a.um.vt dyabolus est deuotus.i.maledictus. ¶ Deuot9.i.benign9 vt iste est deuotus homo.i.benignus. ¶ Cõstructio patet. Deuotus dicitur a deuoueo/deuoues.ꝛc̃.

demolior **Diruo/rodo/paro/demolior hec tria signat**

¶ Hic autor docet q̃ demolior/iris.equiuocatur ad tria. Nam idẽ est qđ diruere.vt Rex castra hostiũ demolitur.i.diruit vel deijcit. ¶ Demoliri.i.rodere. vt vestes meas nulla tinea demolitur.i.rodit. ¶ Demoliri.i.parare.vt Inimicus meus michi demolitur insidias. ¶ Cõstrue. hoc verbum demolior significat hec tria.scꝫ diruo.i.deijcio/rodo/et paro/as. Et coniugatur demolior/iris.demolitus sum/iri.verbũ deponens. Et componitur de de et molior moliris.i.cũ difficultate conari.et proprie de rebus. et molari.i.machinari/parare/fabricare/excogitare/disponere cũ difficultate aliquid facere vel ingeniose facere. Unde hic molitor/oris.i.artifex vel fabricator. Unde Ouidi9 nono methamor. Primusq̃ piratis molitor Jason.id est ille homo Jason fuit primus fabricator nauis.et dicitur de molior/iris. Hec moles molis.i.difficultas/magnitudo magnum pondus.

Depono. **Deponit certans/commendans atq̃ ministrans**
depositor **Depositor probat hoc/sic quoq̃ depositum**
Est homo depositor qui pre me fercula ponit
Depositarius est pro quo ponuntur edenda.

¶ Hic docet autor equiuocationẽ in hoc verbo deponit:dicens q̃ equiuocatur ad tria Nam deponere.id est certare vt volo in causa ista tecũ deponere Unde Uirgilius in buccollicis. De grege non ausim quicq̃ deponere tecũ. Et est idem qđ commẽdare.id est in custodiam vel tutelam mandare. Deposui apud te res meas seruandas.id est commendam. ¶ Deponere.id est ministrare.scilicet subsidiũ dare.vt cliens ministrans deponit res suas. Itẽ dicimus isti deponunt pro aduersario tuo.id est ministrant vel auxilium dant. ¶ Depositor.et cetera. hic autor probat q̃ deponere est idem quod cõmendare:dicẽs q̃ hic depositor/oris.nomen verbale est idem qđ commendator/ris.hoc depositũ/ti.id est res commendata in tutelã(anglice a wedde) Que quidem duo nomina descendunt ab hoc verbo depono/as.et probant illam significationẽ q̃ depono est idem qđ cõmendo. Unde aplus. Potẽs est domi

nus seruare depositum meum.id est commendationem vel rem commēdatam sibi in tutelam. ¶Est homo rc. hic docet autor equiuocationem istius dictionis depositor. Postea ponit differentiam inter hic depositor/et hic depositarius. Dicit ergo in primo q depositor habet duas significationes. Nā depositor in vna significatione est ille qui ponit fercula in mense ante dominum suum qui alio noīe dicitur discoferus. Et dicitur de discus/disci.et fero fers: quasi discum ferēs. Et depositor est idem quod cōmendator: vt superi⁹ exponitur. Et depositarius est ille ante quem ponuntur fercula: sicut dominus vel aliquis alius sedens in mensa cui seruitur ferculis. Depositarius dicitur etiam ille cui aliquid fide commendatur rc. Depono/is.deponere/depositum/depositu.in supinis.actiuum est fm hugui. Deponere.i.deorsuz a sede vel a dignitate ponere.

Deprecor vt dicam depriuat et auget ibidem
Deprecor ora deum mortē quoqꝫ deprecor idem. Deprecor

¶hic docet autor q hoc verbum deprecor habet duas significationes. Nā deprecari in vna significatione est idem quod orare vel valde precari. Et in alia significatione est idem qd non precari.vel odire vel precare aliquid abesse. Et causa istius diuerse significationis est hec prepositio de/que in compositione veniens aliquando auget significationem dictionis cum qua componitur: et aliquando minuit vel priuat significationem. Unde in vna significatione deprecor.i.valde precor: et tunc ista prepositio de auget significationem istius verbi in alia significatione deprecor.id est non precor: et tunc depriuat significationē illius verbi. ¶Cōst ue. Ut dicam.id est si dicam deprecor: ista prepositio depriuat.id est negat ⁊ auget ibidem significationē illius verbi deprecor. rc. Iste versus est Ouidij in heroidū: ⁊ autor innuit eum ad probādum q de prepositio aliquando priuat: et aliquādo auget: quia in isto versu vtroqꝫ modo hoc verbū deprecor tenetur. ¶Construe. Ego deprecor. id est valde precor ore meo deū: mortē tunc deprecor mortē.id est odio mortem: vel precor deum vt non moriar. ¶Et nota ibi q deprecor cōstruitur cū duplici actō: quia est verbum vehementer transitiuum.

Destino propono promitto destino pono. Destino.

¶Autor hic docet q destino destinas habet duas significationes. Nam destinare.id est proponere. Ut op⁹ istud facere destinaui.id est proposui. Et destinare.id est promittere: vt destino tibi hanc rem.id est promitto. Et est destinare illud idē qd ponere vt fatū destinat futura.id est ponit. Aliter potest dici q destinare non habet nisi duas significatiōes secundū autorem istum id est proponere et mittere et tunc pro mitto sunt due dictiones: et tunc cōstrue versum sic. Ego destino tibi equum.id est mitto: et hoc michi placet: licet alij aliter sentiant. ¶hugui. dicit q destino/destinas.id est ligare/mittere/deputare/ascribere/significare. Et componitur de de interposita s/et teneo/tenes.et est actiuum.

Hec dico significat confirmo copulo sacro. Dico.

¶hic docet autor q dico/dicas habet tres significatiōes. Nam idē est qd cōfirmare. Ut facta tua dico/id est confirmo. Dicare.id est copulare. Unde Uirgilius. Connubio iungam stabili propriamqꝫ dicabo.id est copulabo.

20

¶ Et dico.id est sacrare:quod patet per eius compositū dedico/as.qd idem est qd sacrare:vt ecclesia dedicata est.i.sacrata. ¶ Construe. Dico significat hec scilicet verba cōfirmo/copulo/sacro.Et declinatur dico/dicas/dicaui/dicare verbū prime coniugationis.et est actiuū. Hugui.dicit q dicare est etiā idem qd vomere et corripit di.i.primam syllabam.Sed dico/dicis/dixi/dicere/producit hanc syllabam di.

Digero **Digero dispono/computo soluoqz cibum.**

¶ Hic docet autor q hoc verbum digero/ris.habet tres significationes. Nā digerere est disponere. Unde Uirgilius. Et digerit omnia calcas.i.ille prudens homo calcas/digerit.id est disponit omnia. ¶ Item digerere.id est cōputare:et proprie per digitos:sicut faciunt lombardi.Ut computista digerit id est computat. Et digerere.id est cibum soluere in stomacho. Unde hec digestio/onis.id est cibi solutio. Est enim digestio separatio puri ab impuro. ¶ Cōstrue. Ego digero vel dispono:et sic de alijs. Digerere fm Hugui.id est explicare/describere vel in vnū ordinare vel exponere vel diuidere/ordinare vel euacuare/ebrietatem deponere. Et coniugatur digero/digeris/digessi/digerere/digestum/digestu in supinis.et est actiuum. Et componitur de di/prepositione inseparabili:et gero/geris/gessi/gerere.quod idem est qd facere vel administrare.

Diluo **Diluit infirmat/distempero sordida purgat.**

¶ Hic dicit autor q diluo/is. equiuocatur ad tria.Nā diluere est infirmare: (anglice to losse) vt quando littera diluitur aliquo humore superueniēte/diluitur.i.infirmatur.vel sic.Ego nō possum illud emplastrū diluere de meo vicere. ¶ Et idem est qd distemperare:vt isti colores diluunt.i.distemperent. ¶ Et idem est qd purgare sordida:vt etiam essemus diluti a peccatis. ¶ Diluere fm Hugui.i.delauare vel delauando destruere/delere vel purgare/vel cōmiscere/vel distemperare/liquare. Et coniugatur diluo/is. dilui/diluere/dilutū/tu.penultima correpta.vel dilutum/tu.penultima pducta. Unde dilutus/ta.tum.penultima producta.et est actiuum. ¶ Construe. Hoc verbū diluit.i.significat ista.Infirmat zc.

Dispenso **Prouidet expensis dispensans et miseretur.**

¶ Hic docet autor q dispensare est equiuocū ad duo. Nam dispensare.i.prouidere/disponere/disperdere/deliberare. ¶ Itē dispensare est misereri/indulgere.Unde hec dispensatio/onis.et est dispensatio debite pene relaxatio ex actu misericordie prouenienς: vt dominus papa dispensat cum aliquo illegittimo:vt possit ordinari in presbyteriū vel episcopum vel prelatum. ¶ Construe. Aliquis dispensans prouidet expensis.id est expensis suis expēdendo eas sicut decet et prodest. Et aliquis dispensans.id est habens misericordiā miseretur alicui.Dispenso/as.frequentatiuū de dispendo/dispendis.i.largiter expendere.

Do/das. **Hec tria do signat/concedo/prebeo/dico.**

¶ Hic docet autor q hoc verbum do das habet tres significationes. Primo id est concedere.vt do tibi hāc ppositionē homo currit.Uel sic. Da questiū⁹

omnipotens deus da.i.cede. ¶ Dare.i.prebere: vt ibi. Date et dabitur vobis. ¶ Dare.i.dicere. Virgi. Sed tñ iste de⁹ qs sit da tytire nobis. ¶ Cōstrue Hoc verbum do signat hec tria scʒ verba concedo/is.prebeo/es.dico/is. Nota ꝙ ista syllaba da/vbiqꝫ corripitur in do das: et suis cōpositis quando alia syllaba sequitur: vt dare/daturus/dabat: circundare/circūdatus/circūdabo penultima correpta. Do/das. est actiuum.

Qui donat prebet: pariter qui dona honorat. — Donare

¶ Hic autor docet ꝙ donare habet duas significationes. Nam idē est quod prebere: vt ipse donauit illi ecclesiā. Donare.i.honorare. Unde Horati⁹. Pec catum iratis et donatum tam, rude queris. donatum.i.honoratum. ¶ Construe. Ille qui donat prebet: pariter qui donat honorat.

Edilis custos edis: sacrista curilis atqꝫ — Edilis lis

¶ Nota differentiā inter edilis et edilis. dicit hic ꝙ edilis est maior scʒ ille ꝗ preest edibus. Sed hic ⁊ hec edilis ⁊ hoc le.i.comestibilis. Unde architri. Inter vetricolas versatur questio pisce. Quis colitur meliore lacus: qs fertilior aer. Altilibus que terra feras pducat ediles. ediles.i.comestibiles. vñ Garlandia. Edilis dites: sed edilis est gratus ad esum. Finita illa parte in qua auctor tractauit de equiuocis incipiētibus ab hac lr̄a d/hic incipit tractare de equiuocis incipiētibus ab ista littera e. Primo agit de equiuocatione istius dictionis hic edilis/lis. dicēs ꝙ equiuocat ad tria. Nam edilis.i.custos ediū vel edis in absentia dñi qualis est ille qui custodit palatiū regis vl' maneriū alicuius dñi. ¶ Itē edilis.i.sacrista ille scʒ qui preest custodie ecclesie vel templi. Uñ illud. Rogabant eduem vt oratoriū aperiret. ¶ Item edilis.i.curilis quasi iuxta alios curilis. Et est nomen dignitatis qui olim rome circuiret ciuitatē et exploraret si alique domus essent ruinose quas statim faceret emēdari ne essent dedecori ciuitati. Ad quos pertinebat officiū pspicere ne morbose carnes a carnificibus viderentur: ne etiam morbosa animalia intrarēt ciuitatem vel curiam vel capitolium regis vel imperatoris: ne aerem illi corrumperent. ¶ Cōstrue. Edilis est custos edis: ⁊ est sacrista atqꝫ curilis. Et dr curilis de hec curia/rie. quia ad talem dignitatem eligebatur vnus de curia regis vl' imperatoris. Edilis dicitur de hec edis edis. Et potest declinari hic et hec edilis et hoc edile. aliquid pertinens ad edem.

Euentus casus: euentus sit tibi finis. — Euentus

¶ Hic autor docet ꝙ euētus habet duas significationes. Nā idē est quod casus: vt hoc michi accidit ab euentu.i.casu. ¶ Et est idē quod finis. Unde Ouidius. Quisquis ab euētu facta notanda putet. id est quisquis putet facta sua notanda ab euentu. id est a fine. ¶ Construe. Euentus sit tibi casus. id est fortuitus. et euentus sit tibi finis.

Electrū gummi gemmam notat atqꝫ metallum. — Electrū

¶ Hic docet autor ꝙ electrū/tri. habet tres sigtiones. nā electrū dr quoddā gen⁹ gūmi quod stillat de arborib⁹ (angl. gūme) Ouidi. Inde fluūt lachryme stillataqꝫ sole rigescunt. Inde armis electra nouis. ¶ Electrum est quedam

21

gemma que puenit ex illo gūmi postq̄ calore solis fuerit induratū. Itē electrū est quoddā metallū (ang. peautre) hñs tertiā partē auri ꝛ quartā partē argenti quod aliquādo inuenit in venis terre: ꝛ tunc dr naturale. Aliqñ cōponitur ex illis duobus metallis coniunctis. i. commixtis adinuicē: ꝛ tunc dr artificiale. Sed naturale longe melius est artificiali: vt dicit Isidorus.
¶ Construe. Electrū notat gummi ꝛ gemmam ꝛ metallum. Hoc gummi indeclinabile generaliter est omne illud quod fluit et stillat ab arboribus. ꝛ dicitur de hec gutta/te. ¶ Electrum dicitur ab elios quod est sol: quia ad radium solis positis clarius auro et argento fulget ꝛ refulget.

Elench⁹. **Laus syllogismus: lapis est preciosus elenchus**

¶ Hic ponit autor equiuocationē istius dictionis elenchus chi. dicēs q̄ equiuocatur ad tria. Nam elenchus dr titulus libri. i. lux libri: qr illuminat librū: et sic videt q̄ littera sit corrupta: qr dicit laus. sed q̄uis laus est vel lux intelligit de titulo libri. Vñ euāgeliū sm Lucā sic intitulatur. Elenchus luce. i. titulus. ¶ Et elenchus dr lapis preciosus positus in superficie ornamēti: qr illuminat: et quicūq lapides preciosi in loco notabili positi: dicuntur elenchi. Unde Iuuenalis. Auribus extēsus magnos amisit elenchus. ꝛ tūc dr de elios quod est sol. sicut titulus a tytan: qr titulus est. elenchus illuminat librū sicut sol illuminat mundū. Elenchus in logica dr quoddā genus argumēti: scz syllogismus contradictorius: et tunc dr de en quod est ptra et lexis quod est sermo vel dictio. i. contradictio. ¶ Construe. Elenchus est lux. i. titulus libri. et elenchus est syllogismus contradictorius: et elenchus est lapis preciosus.
¶ Syllogismus componitur a syn quod est con/et logos sermo. Unde syllogismus quasi collectio et coniunctio se..monum.

Hemus. **Rex hemus mons est hemus trax et canor hemus.**

¶ Hic docet autor q̄ hic hemus/mi. habet tres significationes. Nā hemus est proprium nomen cuiusdam regis. Hemus est quidā mons in tracia. Trax. i. homo de tracia habitās iuxta illum montē. Hemus est canor. id est cantus. vel sermo. Hugui. dicit hoc hemum/hemi. id est sermo vel modulatio.
¶ Construe. Hemus. id est rex/hemus est mons. trax. id est aliquis de tracia scilicet monte illo. et hemus est canor. id est cantus.

Elemētū. **Littera principium documentū sunt elementum.**

¶ Hic docet autor q̄ hoc elementū/ti. habet tres significatiōes. Nam idem est quod littera. Et idem est quod principiū. Vñ Statius. Progenies ritusq tuos elementaq prime. elementa. i. principia. Item idem est quod documētum. Horatius. Restat vt his ego meipse regam solerq elementis.
¶ Construe. Littera principium et documentū: hec tria sunt elementum.

Erugo **Aeris erugo tempestas dicitur esse**
Erugo quoq rubigo que nascitur ere.

¶ Autor hic docet q̄ erugo/inis. equiuocat ad duo. Nam erugo est tēpestas

aeris que destruit segetes. Et erugo est rubigo que ꝯsumit es ꝛ alia metalla (anglice rust) Et dr erugo ab erodo/is. qꝛ erodit.i.destruit erodēdo segetes/ metalla. Inde eruginosus/sa/sum. id est rubiginosus/sa/sum. anglice rusty) ¶ Construe. Erugo dr esse tempestas aeris.(anglice myldwe) quoqꝫ ꝑ et/et erugo est rubigo que nascitur.id est prouenit ere.i.de illo metallo.

Dicitur estus amor/feruor maris et calor estus — Estus ui.

¶ Autor hic docet ꝙ estus/us.ui.habet tres significatiōes. Nā idē est quod amor/oris.vt vni⁹ eius virginis accipior.id est amore. Et est idem quod feruor:seu fluxus maris. Unde claudianus. Oceanumqꝫ per estum metitur.per estum.id est feruorē vel fluxum. Et est idem quod calor estatis. Ut campus calet magno estu.id est calore. ¶ Constructio patet.

Est examen apum collectio/lingua bilancis
Examenqꝫ aciem iudiciumqꝫ notat. — Examen.

¶ Hic autor docet ꝙ examen significat quattuor. Nam est collectio apū(anglice a swarme of bees) Et est idem quod lingua in trutina vel in bilance(anglice a tonge of a balance. Et est idē quod acies.i.exercitus. Unde illud. Examen christicolarum castra redit ad propria. ¶ Et est idem quod iudicium. vt vestroqꝫ examine pēdet.id est vestro iudicio. ¶ Cōstructio patet. hoc examen examinis. Unde examino/as.are.

Emulor inuideo sequor emulor emulor hortor
Emulus inuideam sectam designat amorem. — Emulor

¶ Autor docet hic ꝙ emulor/aris.significat tria. Nam emulari.i.inuidere. Ut ille emulatur michi.id est inuidet. ¶ Emulari.i.sequi.vt emulētur honestos.id est sequamur. ¶ Emulari.i.hortari:vt emulor vos dei emulatione.i. hortor vos moneo vos. ¶ Sed vltra dicit brito ꝙ idem est qđ indignor/aris. Unde in euāgelio. Uos emulamini michi vestrū hominē feci sanū. Idem est qđ amare.vt in epistola pauli. Emulor vos dei emulatione.i.amo vos amore dei. ¶ Idem est quod cōtendere:vt in xp̄o. Noli emulari in malignātibus id est noli contra malignantes contendere emulos. ¶ Emulus.ꝛc̄. hic dicit similiter ꝙ emulus/a.um.a quo dicitur emulor/aris.sigt tria. Nam idem est quod inuidus/a.um.vt iste est emulus michi.i.inuidus. ¶ Itē idem est quod sequens. Lucan⁹. Stimulos dedit emula virtus.emula.i.sequens. ¶ Emulus.i.amans vel hortans:vt simus emuli dei.i.amatores. ¶ Cōstrue. Emulor dum inuideo.ꝛc̄. Emulus designat inuidiā.i.inuidum:et sectam.i.sequētem:et amorem.id est amantem.et est locutio methonomica.

Pertinet est prodest:pariter contingit et extat
Dicitur esse iuuat insinuatqꝫ statum. — Est.

¶ Hic autor docet ꝙ hoc verbū est habet sex sigtiones. Primo.i.ꝑtinet vt est magistri legere.i.pertinet. ¶ Idē quod ꝓdest:vt est legere.i.prodest legere. ¶ Et est idem quod ꝯtingit. Unde Priscianus.vt est quando elementū diui=

[illegible] id est contingit. Elementum diuiditur. id est contingit. ¶ Et idem est quod extat: vt hec domus est ex tecto et pariete. i. extat. ¶ Et idē est quod iuuat: vt in Horatio. Et quod prodire tenus est. i. iuuat. ¶ Et idē est quod insinuat statū: vt bene est michi. id est in bono statu sum. ¶ Construe. Est. id est pertinet. et est. id est prodest. et est. id est cōtingit. et est. id est extat. et est dicitur esse idem quod iuuat. q3 pro et/et est insinuat statum.

Exancleo Exanclo patitur et perficit insuper haurit.

¶ Hic autor docet q exanclo/as. habet tres significationes. Nam exanclare idē est quod pati vt exanclo te facere quicquid tu vis. id est patior te facere ¶ Et idem est quod perficere: vt nondum hoc opus exanclaui id est perfeci. ¶ Et est idem quod haurire. vt iste exanclauit cyphum vini. id est hausit. ¶ Construe. Exanclo scilicet significat ista. patior/ris. perficio/cis. insuper et haurio/hauris/hausi/haurire. Et dicitur exanclo de ex et hec ancla ancle. id est rota hauritoria cum qua aliquis haurit aquam de fonte.

Exhibeo. Exhibet hoc verbum designat quattuor ista
Demonstrat/presentat/alit/pariter dat abunde.

¶ Hic autor docet q hoc verbū exhibeo/bes. habet quatuor significatiōes. Nam idē est quod demōstrare. vt exhibeas nobis lras tuas. i. demōstres nobis. ¶ Et idē est qd p̄ntare. vt exhibem' istū clericū. i. p̄ntamus. ¶ Et idē est qd alere. i. nutrire. vt auis exhibet pullos. i. nutrit. ¶ Et idē est qd abūde dare. vt iste michi exhibet pecunias. i. abunde dat. ¶ Cōstrue. hoc verbū exhibet designat quatuor ista sc3 demōstrat. &c. ¶ Exhibeo/bes. bui. bere. exhibitum/tu. verbum actiuū componitur de ex et habeo/bes. habui/habere.

Exigo. Exigit exquirit vult perficit et iaculatur.

¶ Hic autor docet q exigo/gis. equiuocat ad quatuor. Nam exigere idē est quod exq̄rere: vt iste exigit a me vbi rex est. ¶ Et exigo. i. volo: vt hoc exigo fieri. i. volo hoc fieri. ¶ Et idē est qd pficere: vt nondū hoc opus exegi. i. pfeci ¶ Et idem est quod iaculari (to caste a darte). i. extra iacere: vt ignis exigit a se scintillas. i. iaculat. i. iacet a se scintillas. Exigo exigis/exigere/exactū/tu. in supinis: verbum actiuū. cōponitur de ex et ago agis. Exigit expellit extorquet proijcit atq3. Diuidit et repetit simpliciterq3 petit. Diuidit expellit agit extra cogo sequatur. Iniuste petere tibi denotat exigo vere. Dicitur exactor iniuste quisq3 petitor. ¶ Inuenitur a Socrate qui inuitat' ab amico et vidēs eius vxorē iurgiosam dixit ei. Quare non exigeret. id est expelleret mulierē? Qui respondit. Domi addisco qualem me foris exhibeo. Significat ergo exhibeo idem quod ostendo.

Excipit. Excipit excludit/accusat/suscipit affert.

¶ Hic autor docet q excipio/pis. idē est quod excludere: vt excipio te ab illis id est excludo. ¶ Et idē est quod accusare: vt iste excipit contra me. i. accusat ¶ Et idē est qd suscipe (anglice to welcome) vt mulier quedā Martha noie

excepit illū in domū suam. ¶ Et idē est qđ afferre. Ut iste est except⁹ in altū. id est elatus.i.sursum portatus in altum. ¶ Excipio excipis/cepi.pere.exceptum/tu.in supinis verbū actiuum.cōponitur de ex et capio capis.

Denotat expedio prodest decet et manifestat. — **Expedio.**

¶ hic docet autor q̄ expedire idem est q̄đ prodesse: vt ibi. Expedit vt vnus moriatur pro populo. ¶ Expedit.i.decet vt hic. Expedit insignem promeruisse virum: expedit.i.decet. ¶ Item expedit.i.manifestat: vt expediunt se illis id est manifestauit. Satis facilis est littera. ¶ Expedio componitur de ex ⁊ hec pedica quod est quoddā instrumentū capiendi pedes animaliū.

Venditor exponit merces problemma magister — **Expono**

¶ hic autor docet q̄ expono idē est q̄đ monstrare (anglice to shewe or to ley forth) sicut mercatores monstrant res suas quas vendere volunt. ¶ Itē exponere.i.glosare vel proponere sicut magister exponit id est glosat: vel ppo nit aliquod problemma.id est difficilem questionem. ¶ Construe. Venditor id est mercator exponit.i.monstrat merces suas quas vult vendere: et magister exponit problemma.id est difficilem questionem. ¶ Et dicitur problemma primus fructus argenti. Et componitur de prothos quod est primū ⁊ lemma q̄đ est sumptio vel fructus: quasi prima sumptio vel primus fructus argēti. Et exponere est verbum actiuum: ⁊ componit᷑ de ex et pono/is.sui.ere.

Ergo pro causa finem seruabit acutum
Est illatiuā cum primum seruat acutum. — **Ergo.**

¶ hic auctor docet q̄ hec dictio ergo q̄ñ significat causam acuit vltimā syllabam: et si inueniatur aliter q̄ꝫ causatiue: tunc grauat vltimā et acuit primā: iuxta regulas traditas de accentu. Et nota q̄ apud antiquos declinabatur hoc ergū/ergi/ergo. Unde Uirgi.in eneid. Illius ergo veni.i. ppter causā vel pro causa illius veni. Itē Grecism⁹ cap.de tropi.in fine. Si qđ dicat᷑ ergo fui sed alius ibi ergo.i.causa. ¶ Cōstrue. Ergo p̄ causa.i.q̄ñ ponit᷑ causatiue ⁊c̄.

Et tria significat/exponit/copulat/equat. — **Et.**

¶ hic docet autor q̄ ista cōiunctio et/aliq̄ñ ponit᷑ expositiue pro id est. Unde Ouidi⁹. hāc deus ⁊ melior litē natura dirimit. Sic cōstrue versū hūc. De⁹ ⁊ melior natura (hoc est) de⁹.i.melior natura: dirimit.i.amouit hāc litem.i.discordiā: ⁊ sic tenet᷑ ibi. Et alibi. Judica me deus et discerne causā meā. discerne tenet᷑ ibi expositiue. Itē ⁊ aliq̄ñ tenet᷑ equatiue.i.vnitiue: vt corp⁹ et anima sunt vn⁹ hō. ita scʒ q̄ corp⁹ vnitū anime ⁊ aīa corpori. ¶ Cōstrue. Et ista cōiūctio significat tria.i.q̄ pōt poni tripliciter: exponit.i.ponit᷑ expositiue. copulat.id est ponitur copulatiue: equat.i.ponitur equatiue vel vnitiue ⁊c̄.

Falce puto vineta: meto sata: tondeo prata. — **Falx/cis.**

¶ Finita illa parte in qua tractauit autor de equiuocis incipiētib⁹ ab e/hic

ꝓsequit tractando de dictionib⁹ incipientib⁹ ab f/Et primo de hac dictione hec falx/cis. Dicens ꝙ habet tres significatiões. Nã hec falx/cis. est illd instrumentũ quo vindemiatores abscindũt vites vel putãt.i.amputãt vites. (anglice a vyneknyfe. ¶ Et est vindemiare.i.vites amputare.vel vuã vinea auferre. ¶ Itẽ hec falx/cis.est instrumentũ quo messores metũt segetes (anglice a hoke or a sykyll) ¶ Falx est instrumẽtũ quo prata tõdẽt (anglice a sythe Falx/cis.de hec filix filicis:et est filix quedã herba (anglice ferne) quia primo filix scindebatur cum falce. ¶ Cõstrue. Ego puto.i.amputo vineta.i.vites cũ falce.i.cum tali instrumento:et ego meto sata.i.segetes cum falce:et ego tõdeo prata cum falce.

Flamen. **Hoc flamen flatus/hic flamen presbyter illud Dicitur a flo flas/sed a filo dicitur ille.**

¶ Autor hic docet ꝙ flamen est equiuocum ad duo. Primo.i.hic flatus/tus.tui.et declinat hoc flamẽ/inis.et dr de flo/flas/flare/flaui. ¶ Itẽ flamẽ.inis. dicebat sacerdos Iouis.et tũc est masculini gñis. Et deriuat de flo/as. aui. are.⁊ tunc dr flamẽ/quasi filamen: quia reliquias a collo pendentes per fila portabant. ¶ Construe. Hoc flamẽ dicit flatus. Hic flamẽ/inis.dr presbyter Iouis apd gẽtiles. Illud scꝫ flamẽ qñ est neutri gñis dr a flo/flas/flare. Sed hic flamẽ dr a filo/as.i.fila deducere:vel a filũ/li.(anglice a threde)

Faselus **Significata faselus habet duo cymba/legumen.**

¶ Hic docet autor ꝙ faselus significat duo. Nam idem est qd cymba/be. (anglice a cokbote) id est parua nauicula. Unde Lucanus. Tenui suffulti faselo id est cymba. ¶ Faselus vocatur quoddã legumen.i.tale semen de quo fit legumen. Uirgilius. Si vero vitis ferres tenueꝗ faselũ. ¶ Nota ꝙ faselus pro cymba feminini gñis dicitur a phase quod est transitus. Sed pro legumine est mas.gñis et dr a phagyn quod est comedere. ¶ Construe. Hoc nomen faselus habet duo significata.i.duas significatiões:duo dico sunt hec.s.cymba et legumen. ¶ Hoc legumen/inis.et hoc legum/gi.deriuatur a lego legis.et est semen cuiuslibet herbe de quo fit potagiũ vt pisa/faba/vicia/auena. Nã antiqui legebant.i.colligebant semina meliora/vt potagium facerent. Hec fasela/le. est quedam insula grecie:et gen⁹ leguminis ⁊ maxime abundãt in eadẽ. Et inde hoc faselarium/rij.i.herba faseli. Et potest scribi per ph/vel secundũ quod consideratur origo vel reductio ad latinum.

Fatũ/ti. **Constellatio mors parce responsa deorum Euentus rerum signantur nomine fatum.**

¶ Hic docet autor ꝙ fatũ/ti.habet duas significationes. Fatum.i.constellatio.vñ dr. Fata regunt homines.id est cõstellationes. Et fatum.id est mors vt ibi. Quos tangit vicinia fati.i.mortis. Et fata.id est parce/arũ.vt Promisere tibi fata rursum fata.i.parce.et est responsa deorũ. Hec parca/ce. Ouid. Esse quoꝗ in fatum reminiscitur affari tempus. In fatum.id est responsum per deos. Et fatum.id est euentus rerum. ¶ Constellatio mors est ⁊c. signãter in hoc nomine hoc fatum fati.

Hic fedus turpis: hoc fedus dicito pignus Fedus
Nam veteres feda iungebant federa porca.

¶ Hic docet autor q͛ fedus habet duas significationes. Primo idē est quod hic et hec turpis et hoc turpe. Et tunc declinatur sic. hic fedus hec feda hoc fedum: adiectiue. i. turpis/ fetidus/fetida/fetidum. Et est idem q͛ȯ pign⁹/pignoris. et tūc declinat̄ hoc fedus/federis. id est vinculū pacis (anglice a bāde of loue) et tunc deriuatur a fedus/feda/fedum. Nam antiqui qn̄ vellent fedus. id est vinculum pacis et concordie inire acceperūt vnā fedam et vilem porcam: et vtraq͛ pars que erat per concordiam federanda stetit in vtraq͛ parte porce: et occidit eam fede. id est turpiter significans q͛ ille qui a pacis federe resiliret esset tam turpiter occidēdus sicut illa porca fuit occisa. ¶ Cōstrue. O lector dicito fedus quādo declinatur per hic: vt hic fedus esse idem q͛ȯ turpis. i. vilis. Sed dicito hoc fedus quando declinatur per hoc vt hoc fedus/federis: esse idem q͛ȯ hoc pignus/pignoris. Et est pignus prout hic sumitur confederatio vel confirmatio amoris.

Arbor/homo/volucris/populus/prouincia fenix Fenix.
Atq͛ genus cythare ceu legi dicitur esse.

¶ Hic docet autor q͛ fenix aliquando est arbor quedam que alio nomine vocatur palma (anglice a palme) secundum quosdam. Et fenix est propriū nomen cuiusdam viri. id est fratris Cadmi. qui fuerunt filij regis grecorum. scilicet. fenix/filix/et cadmus quorum europa fuit soror. Uirgilius. Custodes lecti fenix et durus vlixes. Fenix est quedam volucris que est in Arabia: et est vnica in mundo. Uiuit enim per quingentos annos: ⁊ tunc incendit seipsam de cuius cineribus alia surgit. Et est phenix vna species per se quando est volucris: et sic impossibile est q͛ moreretur omnino. Et mirum est vnam auem constituere speciem. Unde quidam. Una cum sit auis fenix res particularis. Quis non miratur si pro specie reputatur. Item phenix est aliquis natus de phenitia quedam patria: et tunc fenix est nomen gentile. Phenix est illa prouincia. id est patria. Fenix est quoddam instrumētum factum scilicet cythare ad modum phenicis.
¶ Construe. Fenix dicitur esse ceu legi idem sicut legi quedam arbor: ⁊ quidam homo quedam volucris et populus ex prouincia: atq͛ pro et/et fenix dicitur esse genus cythare. scilicet instrumentum.

Florescit ferula/percutit et ferula. Ferula

¶ Hic docet autor q͛ hec ferula/ferule. aliquandȯ est quedam herba que crescit in Sardino monte. Unde Uirgilius. Florēte ferulas ⁊ grandia lilia carpens. Item ferula/ferule. est illud instrumentum quo discipuli percutiuntur in manibus q͛ȯ ⁊ alio nōie palmatorium appellat̄ (anglice a palmer) Et dicitur sic: quia olim fiebat de illa herba que ferula vocatur. Et potest generaliter sumi pro omni herba que verberat. id est boletus (ā̄glice a paddokstole) Unde Ouidius. Quadrupedem ferula dum malus vrget eques. Et dicitur ferula a ferio/feris/percussi/ferire. id est percutere. ¶ Cōstrue. Ferula. i. illa herba florescit: et ferula. id est palmatoriū percutit.

Ficus. Hic ficus est morbus/hec ficus fructus et arbor

¶ Autor hic docet q ficus aliquādo est quidā morbus: et tūc declinatur hic ficus/us.ui. masculini gn̄is. hec ficus/us.ui. feminini gn̄is est quedam arbor & fructus illius arboris (anglice a fygge/or a fygetree) Sed pro arbore ficus est femini gn̄is et scd̄e declinatiōis. Un̄ Grecismus. Est ficus morbus: est fic⁹ fructus et arbor. Dic hic pro morbo: sed dicas pro reliquis hec. Unde alius. Arbore de fico maturas collige ficus. Sed tumidos ficus null⁹ michi mittat amicus. Tamē inuenitur hec ficus/fici/fico. scd̄e declinatiōis pro fructu. Un̄ hieremie. xxiiij. cap̄. Et ecce duo calathi pleni ficis positi ante templum dn̄i. ¶ Itē Marci. xi. in medio. Nō eni erat tēpus ficorū. ¶ Cōstrue. hic ficus est morbus: sed hec ficus est arbor vel fructus. Et dicitur ficus a fecūdus/a.um. quia fecunda est. quia bis vel ter in anno profert fructum.

Finis. Finis consumens est consummatio finis
Est proprium finis quandoq; fit actio finis
Cuius plurale regiones dicimus esse.

¶ hic autor docet q quattuor modis dicitur finis. Nam finis dicitur aliquādo consumens. vt ignis est finis destructionis vel consummationis domus. Et tunc finis tenet se ad modum forme. Aliquando dicitur cōsummās. i. perficiens: vt finis adest operi. Et finis est ppriū nomen cuiusdam mulieris. Et finis est actio alicuius rei: vt finis vini est inebriare potantē. ¶ Construe Finis &c̄. Cuius plurale &c̄. Autor docet hic q finis in plurali numero signat regiones. vt ibi. Transiuit iesus per medios fines decapoleos. id est per medias regiones. Et declinatur. hic vel hec finis dubij generis in singulari. Sz in plurali hi fines tantum masculini generis. Sed pro nomine mulieris dicitur hec finis tantum.

Focus Est altare focus/focus est locus et focus ignis.

¶ hic docet autor q hic focus/foci. aliquando idem est q altare. Uirgilius. Et munera libo intemerata focis. libo. i. offero munera itemerata. id est pura sacrificia: ibi focis intellige. id est altaribus &c̄. ¶ Focus est ille super quē fit ignis (anglice a herte) Et focus est idē q ignis. Et dicitur a foueo/foues. quia fouet membra frigida. Uel dicitur a phos grece quod est lux latine: q focus lucet astantibus. ¶ Constructio patet.

Frons. Frons frōdis foliū: frons frontis pars animalis.

¶ hic docet autor q hec frons est equiuocū ad duo. Nam frons est idem q folium. Unde Uirgilius. Fronde super viridi &c̄. Et tunc facit frondis in gtō Et aliquādo frons est pars capitis hominis siue alterius animalis. Un̄ Catho. Fronte capillata post est occasio calua. Et tunc facit frontis in gtō: & est semper feminini generis.

¶ Construe. Frons faciens frondis in gtō est folium/ & frons faciens frontis in genitiuo est pars animalis, i. hominis vel alterius.

Est fornix arcus templi/ fornixqz lupanar. Fornix.

¶ Hic autor docet q fornix/nicis. habet duas significatiões. Nam fornix est arcus lapideus sic dictus: quia de tortura fornacis extrahitur. Uel quia curuatus sit vt fornax. Et quia meretrices solent meretricari in huiusmodi fornicibus. ideo & fornix dr lupanar. id est dom⁹ meretricum (anglice a bordell hous) Ideo dicitur fornix quasi formam necans. id est animam: quia anima est forma nostra. Et fornix corripit penultimam in genitiuo. et est masculini generis. Hic fornix/icis. penultima correpta. Unde Iuuenalis. Lenonum pueri quicunqz in fornice nati. Item differentia est inter fornix et fornax: vt patet per versum. Est fornix arcus: sed fornax saxa perurat. ¶ Construe. Fornix est arcus templi. qz pro et: et fornix est lupanar. i. domus meretricum et dicitur fornix a fornax. &c. Fornix est arcus triumphalis: vt habet Prouerbiorum. xx. vbi dicitur. Dissipa impios rex sapiēs. i. debes dissipare perturbātes bonum cōmune. Et incurua super eos fornicem. i. arcū triūphalē qui antiquitus erigebatur habita victoria de inimicis.

Fucus apis/ fucus color/ est deceptio fucus. Fucus

¶ Hic autor docet q fucus habet tres significatiões. Nam fucus est apis nō mellificās postqz amisit aculeum (anglice a drone) Et fucus est color adulterinus et falsus. Unde Boetius. Mulierum fuco perfusus. Et aliquando ponitur pro deceptione: sicut in hymno. Sunt multa fucis illita. fucis. id est deceptionibus. Item alius. Non est in multis virtus quibus esse videtur. Decipiunt fucis lumina nostra suis.

Fungus boletus/ et fungus dicitur ales Fungus

¶ Hic docet autor q fungus habet duas significationes. Nam fungus. i. boletus (anglice a paddockstole.) Uel est quedā auis (anglice an ostrysshe) quia vt aliqui dicūt est illa que comedit ferrum. id est ferreos clauos (anglice hors nayles) Fungus nō dicit a fungor fungeris/ secundū vocē. sed a defungor/ defungeris: secundum significationes. Defungor defungeris. id est mori: qz comedentes fungos (sicut plures faciunt in partib⁹ transmarinis) sepius moriuntur. Unde Marcialis cocus. Defunctos fungis homines materne negabis. Boleti leti causa fuere tui.

Furfur auis/ furfur quoqz fit purgatio messis Furfur.

¶ Hic docet autor q furfur habet duas significationes. Nam furfur est quedam auis que alio nomine dicitur furfurio/ onis. quia surfure viuit. Et furfur est purgamentum farris et farine quod alio nomine dicit brenniū (anglice brande) Et tunc est masculini generis. non vere sicut dixerunt quidam cōtra quos dicitur iste versus. Furfura qui dixit semper de furfure vixit.
Alij dicunt q furfur pro purgatione bladi semper est feminini generis. Sed pro resolutione in vrina est neutri generis. Unde scribitur. Uesice scabies per furfura victa notatur.

Futile. Futile vas est hoc quod cuncta recepta refundit
Sic homo futilis est/qui dissipat oē quod audit.

¶ Hic docet autor q̄ hic ꝛ hec futilis/ꝛ hoc le. equiuocatur ad duo. Nam futilis dr̄ res vel vas illud qđ nichil potest retinere in se infusum. Et hinc translatione facta. Futilis dr̄ homo vanus/superfluus/loquax: qui nichil scit celare nec audita pōt retinere. Et dr̄ futilis ab hec futis/tis.ti. Et futis est quoddam vas habens os latum ꝛ amplum: fundum vero acutissimū adeo qđ stare non potest. ¶ Construe. hoc vas.i. illud vas est futile quod refundit cuncta.i. omnia recepta in eo. Sic homo est futilis qui dissipat.id est dissipando loquitur omne illud quod ipse audit ab alijs.

Facio. Cum facio/libo/conuenio/noceoqꝫ.

¶ Hic autor docet q̄ facio/cis. habet tres significatiōes. Nam facere idē est qđ libare. Uñ Uirg. Cum facio vitulam: pro frugib⁹ ipse venito. cum facio.i. cum sacrifico. Item idem est qđ cōuenire. Uñ Ouidius. Medee faciūt ad scelus omne manus. faciunt.i. cōueniunt. Et facio. id est noceo. Unde Ouidius Per venerem misero que facienda tela. facienda. id est nocentia. ¶ Itē differentia est inter facere et creare. Facere est aliquid componere ex preiacenti materia. Sed creare est aliquid facere ex nichilo. Unde quidam. Ex aliquo facere est: ex nichiloqꝫ creo.

Facinus. Dic facinus factum pariter scelus atqꝫ nefandū.

¶ Hic autor docet q̄ facinus habet tres significationes. Nā aliqñ sumitur in bona significatione. scꝫ pro facto. et hoc semp discernit ex adiūcto scꝫ ex adiectiuo secū venięti in ꝯstructione: vt pulchrū facinus. Et facin⁹.i. scelus.i. malū factū. Et est idē qđ nephādū.i. malū vel malignitas. Et dr̄ hoc facin⁹/oris. de facio/cis. ¶ Construe. Dic facinus esse factum. et dic pariter facinus esse scelus.i. flagitiū/pctm̄ malū factum: ꝛ etiā dic facinus esse nephandū.

Facultas Artem diuitias ius signat sola facultas.

¶ Hic autor docet q̄ hec facultas/atis. equiuocat̄ ad tria. Nā est idē qđ ars vel scientia: qꝛ reddit hominē facilē et potentē ad respondendū obuiātibus sibi. Et facultas est copia diuitiaꝝ: vt ibi Inter opes multas cum sit michi sola facultas. Londonijs vel parisius dego tantalus aliter ego. Et facultas.i. ius vel possibilitas. ¶ Construe. Hec sola facultas signat tria scꝫ artē/scientiā/diuitias.i. copiam diuitiarū/ius vel vim. ꝛ credo q̄ melior littera.i. possibilitatem. Facultas dr̄ de facilis vel facilitas.

Fallo/lis. Fallo falsificans: sed fallo decipiendo.

¶ Hic docet autor q̄ fallo habet duas significationes. Nam est falsuꝫ facere vel falsū dicere. Fallere.i. decipere aliquē in verbis. Uñ falsus/a.um. participium. Et falsus/a.um. nomen. Sed falsus qñ est participiū/tūc idē est qđ decept⁹: vt ego sū falsus.i. decept⁹. Falsus nomē est ille q̄ fallit: vñ ille est falsus

qui credentes verbis suis fallit ⁊ decipit. Quales sunt multi facundo famine culti. Fallo/lis. fefelli/lere. falsum/su. in supino. verbu3 actiuū: cuius actio sepius modernis diebus apud diuites frequētatur: et passionem illius plerūq; nos simplices experimur. ¶ Construe. Ego falsificans. id est faciēs falsum fallo: decipiendo. id est quando decipio.

Fert patitur dicit fert cupit atq; gerit. Fero fers

¶ Hic docet autor q fero equiuocat ad quattuor. Primo. id est pati. Vn. Cū patimur ferimus: facimus tunc quando ferimus. Primum ferimus corripit penultimam: ⁊ est idem quod patimur. Secundum ferimus producit penultimam: et idem est quod percutimus. de fero/is. iri. id est percutere. ¶ Item fero. i. dico. vt Cesar fertur vicisse Pompeium. i. dicitur. ¶ Et fero. i. cupio. vt ibi. Fert animus causas tantarum exprimere rerum. i. cupit. Unde Ouidius In noua fert animus mutatas dicere formas. i. cupit. ¶ Et fero. id est gero. Unde illud. Medusq; per equora ponthi fert predam. id est gerit vel portat. ¶ Fero fers tuli latum. verbum actiuum est anormalum.

Bis duo polisena componens dat fero verba Fero fers
Effert et confert defert et deniq; differt

¶ Hic docet autor q fero dat quatuor composita de se: quorū quodlibet est equiuocum per se. Et sunt illa effero/confero/differo/et defero. Quorū significationes inferius hic patebunt. ¶ Construe. Hoc verbum fero fers componens. id est faciens compositionem dat bis duo. id est quatuor verba polisena. id est pluriū sensuū. i. significationū. ¶ Polisenus/a. um. cōponitur de polis quod est pluralitas et senes grece quod est sensus latine. quia pluriū sensuum. Et illa quatuor verba composita sunt ista sc3 effert et confert. ⁊c.

Extollit dicit fert funus terminat effert Effero
Mortuus elatus: elatus fitq; superbus.

¶ Hic docet autor equiuocationē istius verbi effero effers: quod est primum de quatuor compositis a fero de quibus fit mentio supra. et dicit q effero effers habet tres significationes. Nam efferre. id est extollere/exaltare: vt ibi de virgine. Quibus te laudibus efferam nescio. i. extollam vel exaltē. et tunc dicitur ab eo elatus/a. um. id est superbus/arrogans. Efferre. id est portare funus. id est corpus mortuū extra domum ad tumulum. et tūc deriuatur ab eo elatus/a. um. i. mortuus/a. um. ¶ Efferre. id est terminare. Unde Priscianus. Nomen tertie declinationis effert accusatiuum casum in em. id est terminat accusatiuu3 in em. Et componitur effero de ex ⁊ fero fers extuli efferre elatum/tu. verbum actiuum. ¶ Construe. Hoc verbum effert dat. i. significat ista sc3 extollit fert funus et terminat. ¶ Mortuus. ⁊c. Hic dicit q ab affero qd est fero funus venit elatus/a. um. id est mortuus/a. um. et pro et/⁊ elatus sit superbus qn dicitur de effero quod idem est quod extollo.

Proficit et donat loquitur tria confero signat Confero.

¶ hic autor agit de significatione secundi verbi quod componitur a fero scz confero dicens quod confero habet tres significationes. Primo.id est proficere vt hic.nil confert quodcumque petis.nil confert.id est nil proficit. Hec medicina confert ad salutem corporis. ¶ Conferre.id est dare vel donare: vt ibi. Confer michi christe salutis munera perpetue.id est da vel dona. ¶ Conferri.id est loqui: vt in euangelio. Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem. etc. ¶ Confero contuli collatum/tu. ¶ Construe. hoc verbum confero significat hec tria scz proficit et donat et loquitur. etc.

Defert. Hec tria dat defert/accusat/portat/honorat.

¶ hic docet autor de equiuocatione tertij compositi scz defero/fers. dicens quod equiuocatur ad tria. Nam deferre.i.accusare: vt iste deferebat illum.i.accusabat illum. Unde hic delator/oris.i.accusator. Et delatio/onis.id est accusatio. ¶ Item deferre.id est portare: vt ibi. Aurum thus deferentes.id est portantes. ¶ Item deferre.i.honorem impendere secundum hanc significationem construitur cum datiuo casu: vt defero tibi.i.honorem impendo tibi. Et coniugatur. Defero/fers. detuli/re. delatum/tu. in supinis. Et plerumque inuenitur in hac significatione in Boetio de consolatione philosophie. ¶ Construe. hoc verbum defert dat.i. significat hec tria scz verba accuso/as. etc. Defero pro impendere honorem est neutrum: et in alijs significationibus est actiuum.

Differo Preteritum geminum: geminum dat differo sensum
Distat prolongat hoc verbum differo signat
Differo pro disto dat distitit absque supino
Differt prolongo dat: distulit atque delatum

¶ hic docet autor de equiuocatione istius dictionis differo quod est quartum compositum de fero de quo superius fecit mentionem. Dicit ergo quod differt habet duas significationes. Nam idem est quod distare. homo differt ab asino.i.distat. Et in tali significatione inuenitur sepe differt impersonaliter positum: vt non differt inter summum bonum et deum. Et tunc differo facit distiti in preterito quod accipit mutuo a disto/distas: et caret supinis. ¶ Item differre.i. prolongare. Ut iste distulit negocium meum.id est prolongauit. Et tunc differo facit distuli in preterito et dilatum in supinis. hugu. dicit quod differo semper facit distuli in preterito. ¶ Differo pro longare est actiuum. et pro altera significatione est neutrum. ¶ Construe. hoc verbum differo significat hec duo verba scilicet disto distas: et prolongo/gas.

Refero Pertinet et distat/narrat quoque fert retro refert
Accusatiuum poscit simul atque datiuum
Pro narro positum pro distat non regit vllum
At ablatiuum pronominis: aut genitiuum
Nominis exigit hoc pro pertinet arte volente

¶ hic docet autor de equiuocatione isti⁹ verbi refert quod ꝯponit̃ de re ⁊ fero fers: dicẽs ꝙ referre habet quatuor significationes. Nam idẽ est qđ retro ferre .i. recitare/renũciare/iterũ ferre. Un̄ hec relatio/nis .i. rei prioris ⁊ cognite iterata cognitio. Et relatiu⁹/a.um. qđ ad aliqđ refertur: vel potius quod iterũ fert aliqđ ad memoriã q̃si iterũ portatũ. Cũ eni dico sortes legit/ꝑ hoc nomen sortes sortis cognitionẽ subijcio: et postea subiungo: et ipse disputat. per illud ꝓnomen ipse sortes refert̃ ad cognitionẽ: vn̄ illud pronomẽ dicitur relatiuũ quod sic aliqđ referat. Itẽ referre est narrare: vt referã tibi noua .i. narrabo tibi noua: ⁊ tũc regit post se datiuũ casum ex vi acquisitiõis: et actiũ ex vi transitionis. Item refert .i. distat. ⁊ ſm hoc multotiẽs tenet̃ impersonaliter: vt nõ refert an facias hoc an facias illđ: et ſm illam sigtionẽ est absolutum: et non regit aliquem casum post se. Item refert .i. prodest: vel pertinet ad officium vel ad vtilitatẽ alicuius. vt pro eo impersonale semper est vel fere semper. ⁊ ꝯstruit̃ cũ gtõ cuiuslibet casualis: exceptis quinqꝫ gtis principaliũ ꝓnominũ cũ quibus nõ ꝯstruit̃: sed ꝓ illis ꝯstruit̃ cũ abltis femininis suorũ possessiuorũ in singulari numero: vt refert henrici vel mea vel tua vel sua vel nostra vel vestra vel illius .i. prodest henrico vel michi vel tibi vel sibi vel nobis vel vobis vel illis. Uel pertinet ad officiũ vel vtilitatẽ henrici vel meã vel tuam vel suã vel nostrã vel vestram vl' illius. ¶ Item refero construitur cũ ablatiuis feminini generis istius nominis possessiui. Cuius/cuia/cuium. Ut cuia refert: vel genitiui sui primitiui: vt cuius refert: ⁊ vtrũqꝫ bene dicit̃. ¶ Construe. hoc verbũ refert significat ista scꝫ pertinet. ⁊c̃. Et refert positũ pro isto verbo narro poscit .i. petit habere post se actiũ: atqꝫ ꝓ et/et simul datiuum: vt refero tibi noua. Sed refert positum pro distat non regit vllum casum: sed est absolutũ. vel forte non regit vllum .i. aliquem casum immediate post se: sed mediante prepositione bene regit: vt refert inter bonũ et malum. Ast pro ⁊/⁊ hoc scꝫ verbu refert exigit ablatiuũ pronominis .i. pronominum principalium: et genitiuũ nominis. id est nominũ pro pertinet .i. qñ idem est quod pertinet. hoc dico arte scꝫ grammatica volente hoc sic fieri.

Fercula nos satiant/prelatos fercula portant Ferculum

¶ hic autor docet equiuocationẽ isti⁹ nois ferculũ/li. dicẽs ꝙ ferculũ est prãdiũ quod fertur de coquina alicui sedenti in mensa (angl'. a messe.) Uel ferculum est quoddam genus scanni (a soldynstole) quod potest claudi et aperiri quale videmus in ecclesia super quo cantores sedẽt in choro. Unde quidam dixit. Que possunt scamna claudi sunt fercula dicta.

Hec tria fingo notat: vt fingo poemata/fingo Fingo.
Quod non est: fingo quod sapienter ago.

¶ Autor hic docet ꝙ fingo/gis. habet tres significationes. Nã fingere est ꝓprie agere more poetarũ. Nam poeta dicitur a poio/pois/poire/ poiui .i. fingere hoc est ꝯponere aliqđ. ¶ Itẽ fingere .i. simulare quod nõ est verꝫ. Et fingere est cõponere aliqđ sapienter. Ut cõpositores luti figulos vocamus. Sicut expositor psalterij dixit super illo vsu. Sicut vas figuli ꝯfringes eos. Itẽ preter istas significationes fingere est conari/facere/formare/plasmare/ excogitare. Fingo ꝯiugat̃ fingo/gis. finxi/ere. fictũ/tu. in supinis. Et est actiuũ cum suis cõpositis. ¶ Construe. Fingo notat hec tria .s. taliter: vt fingo poemata: ⁊ fingo .i. simulo illud quod nõ est verũ. Et sic poete faciũt: vt Uirgili⁹ Statius. Et etiam fingo .i. compono illud quod ago. id est facio sapienter.

Fundo. **Equiuoce lympham vas hostem fundo preces**

¶ hic docet autor q fundo/dis. equiuocatur ad quatuor. Nam fundere. i. ef fundere: vt hic. Funde merum funde tanq sint fluminis vnde. Nec curas vn de: sed fundes semper abunde. ¶ Item infundere. i. prosternere/vincere vel superare/vel accidere. Sicut in Uirgilio et Ouidio: et aliis poetis multotiens inuenitur. ¶ Et fundere emittere: vt ibi. Funde preces ad dnm pro salute si delium. Fundo declinatur. Fundo/fundis/fudi/fundere/fusum/fusu. in supi nis. ¶ Item fundere. i. spergere/fugare. ¶ Construe. Ego fundo equiuoce. i. equa voce vel vna voce/lympham. id est aquam/et vas. i. ollam/et hostem. id est inimicum meum: q pro et/et preces.

Gallus **Gallus auis/gallus populus/gallusq poeta**
Et gallus fluuius: presbyterum quoq notat.

¶ hic docet autor q gallus habet quinq significationes. Nã gallus est quedã auis domestica satis cognita. Et est vulgaris astrologus: vt dicit Alanus quasi si gnãs horas diei et noctis. ¶ Et gallus est aliquis natus de gallia. ¶ Et gallus est ppriũ nomẽ alicu9 poete. vñ Uirg. Pauca meo gallo. i. meo amico q vo catur gallus. ¶ Itẽ gallus est quidã fluui9 in frigia vbi Troia quondã fuit: de quo homines potãtes reddũtur insani et ebrii: de quo quidam dixit. Et gal lus fluui9 q bibit inde furit. ¶ Itẽ gallus dr presbyter cybeles. i. illius dee. Et cybele dicebatur a poetis mater olim deorum: et est dea terre. Et declinatur hec cybele cybeles cybele cybelem cybe. e prime declinationis grecorum. ¶ Con strue. Gallus est auis. rc. et inde dicitur archigallus. id est presbyter.

Galla **Gallam gallus habet: gallam quoq sutor et ilex.**

¶ hic docet autor q galla/le. habet tres significationes. Nam galla est proprium nomẽ cuiusdam mulieris. Unde Iuuenalis. Profer galla caput. i. o tu galla profer caput. ¶ Itẽ est instrumentũ sutoris. i. formipedia (angl. a leest) ¶ Itẽ galla est fructus ilicis. i. quercus (anglice an oke apell) vel potius galla est (an glice a galle) cum qua fit incaustum siue crescat in ilice siue in alia arbore. ¶ Cõstrue. Gallus. i. aliquis natus de gallia habet gallam. i. talem mulierẽ vxorẽ. Uel sm quosdã galla est illa crista que est sup caput galli (angl. a cõbe) Et tunc construe sic. Gallus. i. illa auis habet gallã. i. cristã. et sutor habet gal lam. i. formipedem. et ilex. i. quercus habet gallam. i. glandem.

Glans. **Glãs glãdis lapis est glãs glãdis in arbore fruct9.**

¶ hic docet autor q glans/dis. habet duas significationes. Nã glans est lapis ro tundus q proiicitur funda. Uel glandes dicuntur masse plũbee facte ad modũ glandiũ que proiiciuntur a fundis. Uñ Statius. Nec modus aut lentare arcus aut fundere glãdes. ¶ Itẽ glans/dis. est fructus quercus (anglice a querne) quo fructu veteres solebant vesci anteq vsus agriculture fuit inuentus. Uñ Boeti9 de cõso. phie libro pmo. Facile que sera solebat ieiunia soluere glãde. Et glans glandis. hec glandula/le. et hoc glandiniũ glandini. i. nodus qui in cute nascitur. Et est glãdula (anglice a knell) qui nascitur sub cute ex abũdã tia humoris. ¶ Construe. Glans glandis est lapis scz qualis a funda iacitur:

vel massa plumbea facta ad modum glandis. hec funda/de. angl. a slynge) Et glans glandis est fructus in arbore quercina. ¶ Et nota quod scribitur semper cum d in genitiuo et non cum t.

Pondus persona vox lectio femina pregnans
Quoque molestamur dicitur esse graue. Grauis Graue

¶ hic docet autor quod hic et hec grauis et hoc graue est equiuocum. quia determinare equiuoce omnia ista indiciantia potest que in versibus superius ponuntur. ¶ Construe. Pondus est graue. id est ponderosum persona dicitur grauis. i. autentica. vox est grauis. i. bassa: quod pro quo/et omne illud quo nos molestamur. i. grauamur dicitur esse graue. Et sic hic et hec grauis et hoc graue habet sex significationes scilicet istas: ponderosus/a. um. autenticus/ca. cum. Grossus/sa. sum. Durus/ra. rum. Grauidus/da. dum. Et molestus/a. um. vt patet superius.

Gratia causa fauor meritum dilectio donum. Gratia.

¶ hic autor docet quod gratia/tie. habet quinque significationes. Nam gratia. i. causa: vt gratia vestri hoc faciam quod iubetis. ¶ Et idem est quod fauor: vt vestram gratiam operior. i. fauorem vestrum expecto. ¶ Et idem est quod meritum Ut magnum beneficium vestra gratia promeretur. i. vestrum meritum. ¶ Et gratia. i. dilectio: vt isti sunt fraterne gratie indissolubili glutino copulati. ¶ Et gratia. id est donum spiritussancti: vt ibi. Diuisiones gratiarum multe sunt. ¶ Construe. Gratia est causa. et sic de aliis. ¶ Nota quod tres sunt que finguntur a poetis esse sorores que fuerunt filie Iouis et Iunonis et ministre veneris. Et dicitur gratia de gratis aduerbio.

Gratus est acceptus: gratus benefacta recordans. Gratus.

¶ hic autor docet quod gratus/a. um. habet duas significationes. Primo. i. acceptus/ta. tum. vel hic et hec acceptabilis/et hoc le. horatius. Grata superueniet que non sperabitur hora. i. accepta vel acceptabilis hora. ¶ Et gratus. id est memor beneficij accepti. ¶ Et gratum. id est gratiam seruans/ placitus/gratiosus/a. um.
¶ Construe. Gratus idem est quod acceptus/a. um. id est bonus/a. um. vel placitus/a. um. vel hic et hec vtilis et hoc le. Et gratus est recordans beneficia. id est memor beneficiorum acceptorum.

Gratulor est letor: et gratulor est ago grates. Gratulor

¶ Autor docet hic quod hoc verbum deponens gratulor gratularis equiuocatur ad duo. Primo. i. letari vel gaudere. Et est idem quod grates agere. Exemplum pro gaudere. De vestra prosperitate et statu incolumi gratulamur. id est gaudemus et letamur. Exemplum pro grates agere. De beneficijs que nobis multotiens et frequenter fecistis vobis quantum possumus gratulamur.
¶ Construe. hoc verbum gratulor est idem quod letor/aris. et gratulor est idem quod ago grates. Et dicitur de gratus/grata/gratum.

Genus — Est genus in specie modus est genus accidit atqꝫ

¶ hic ponit autor equiuocationē isti' dictiōis hoc genus/eris. dicēs ꝙ equiuocatur ad quatuor. Nam genus est ſm Porphiriū quod predicat̄ de pluribus differentibus specie in eo quod quid est. Et sic omnia animalia faciunt vnū genus sed nō vnā speciē: qꝛ differunt animalia specie. Alia est enim species hūana/et alia species leonina/et equina/et asinina. Uel genus est collectio aliquoꝝ descendentiū ab vno principio. ¶ Et genus est modus. i. maneries: vt iste est boni generis. id est maneriei. ¶ Et gen' est stirps: vt iste est de meo genere. id est de mea stirpe seu ꝓgenie (anglice kynred.) ¶ Et gen' est accidens partiū orationis. vt Magister cuius generis: respondet̄ masculini ¶ Construe. Genus est in specie. i. genus est communis natura que est in rebus diuersarum specierum. ⁊ genus est modus. id est maneries vel conditio Et genus est stirps. id est progenies/prosapia. Atqꝫ pro ⁊ genus accidit. i. accidens partiū orationis. ¶ Et genus preter significationes istas est sanguis vel origo vel qualitas substantialis.

Glis/ris. — Glis animal/glis terra tenax/glis lappa vocatur
Ris animal/sis terra tenax/tis lappa vocatur
Hic animal/hec terra tenax/hec lappa vocatur.

¶ Autor hic docet equiuocationē istius dictionis glis dicēs ꝙ equiuocatur ad tria. et ſm diuersam significationē sumit ⁊ declinationē. Nā glis est quoddam animal quod per totam hyemem dormit et efficitur inspiciētibus quasi mortuum (anglice a dormous) et ipsa cum dormitione pinguescit. Unde inducitur de seipso loquēs per prosopopeiā sic. Tota mihi dormitur hyems ⁊ pinguior ipso. Tempore sum quo nil me nisi somnus alit. Ait enim. Estate reuigilans reuiuiscit: et tunc pro tali animali glis est masculini generis et facit gliris in genitiuo: vt hic glis gliris. ¶ Item glis est terra tenax. i. terra argillosa (anglice claye) et tunc est generis feminini et habet glissis in genitiuo.
¶ Item glis est lappa: que alio nomine dicit̄ cardo (anglice a burre.) Et tūc declinatur hec glis. huius glitis.
¶ Construe. Glis vocatur animal. ⁊ glis vocatur terra tenax. ⁊ glis vocatur lappa. Ris animal. id est quando est animal facit ris. id est gliris in genitiuo et quādo vocatur terra tenax habet sis. id est glissis in genitiuo. Et quando vocatur lappa habet tis. id est glitis in genitiuo. ¶ hic animal. id est glis qñ est animal est masculini generis: vt hic glis gliris: quando est terra tenax est generis feminini: vt hec glis glissis. ⁊ quādo est lappa est etiam feminini generis: vt hec glis glitis.

Glisco — Corporis exigui glires animalia dico
Brumali stertunt: estiuo tempore viuunt
Somno pinguescunt/ hinc gliscere crescere dicūt.
Pelle nitent glires/hinc gliscere pelle nitere
Splēdeo — Sic igitur glisco notat hec duo splendeo cresco.

¶ hic docet autor de equiuocatione istius verbi glisco/cis. Et primo docet causam sue equiuocationis per quasdam proprietates que sunt in suo primitiuo quod est glis gliris. Primo igitur dicit quod glires sunt quedam animalia exigue quantitatis que per totam hyemem dormiunt et vigilant in estate. et per somnium crescunt pinguedine. ideo glisco. i. cresco. et deriuatur a glis gliris. et est glisco idem quod cresco/cis. quia glis dum dormit crescit pinguedine. ¶ Item gliscere. i. splendere. id est nitere. Et hoc ideo quia glires habent pellem splendidam. Et sunt glires (vt aliqui dicunt) vermes splendentes in nocte qui alio nomine dicuntur noctiluce quasi nocte lucentes. id est splendentes: ideo gliscere quod ab eo deriuatur/est pelle nitere. id est splendere. Et sic patet quod gliscere habet duas significationes. scilicet crescere et splendere. ¶ Glisco/cis. caret preterito et supinis gliscere. ¶ Item glisco preter istas significationes habet significationes alias. Nam gliscere id est cupere vel desiderare/ ardere/ tumescere/ pinguescere/ superbire vel indignari. Unde notentur isti versus. Et glisco cupere splendere crescere sicque. Ardet pinguescit/ tumet/ indignatur sicque superbit. ¶ Construe. Glires dicti id est vocati animalia exigui corporis sternunt brumali tempore. id est hyemali tempore. et viuunt. id est vigilant estiuo tempore. id est in estate et estiuali tempore. Quia et isti glires pinguescunt somno. id est fiunt pingues per somnum: dicunt. id est clerici dicunt hinc. id est pro illa causa: gliscere. id est crescere. Item isti glires nitent. id est splendent pelle. i. nocte: hinc. id est ideo gliscere idem est quod nitere in pelle scilicet sic. Igitur &c. et igitur id est propter istas causas assignantes hoc verbum glisco notat id est significat hec duo splendeo/des. et cresco/cis.

Discute quid sit glos/lignum/vel femina vel flos Glos.
Glos glossis lingua/et sit filia glosaque glossa
Glos glossis lignum vetus est de nocte serenum
Glos gloris flos est/illius gloria dos est
Glos etiam glotis dicetur femina fratris.

¶ hic docet autor quod glos habet tres significationes. Nam glos est vetus lignum de nocte splendens quale frequenter videtur illis qui nocte spaciantur in syluis (anglice goberte) Et tunc declinatur hic glos glossis in genitiuo. ¶ Item glos glossis. i. lingua cum duplici ss. Unde quidam. Os frangit glossa tamen in se non habet ossa. Et de hec glos glossis: vel de hec glossa glosse. pro lingua deriuatur hec glosa glose. per simplex s. Et est glossa expositio sententie alicuius libri litteram continuans et exponens. ¶ Et glos est quedam flos qui secundum quosdam vocatur (anglice poste crowne) Et inde secundum istum autorem deriuatur hec gloria glorie. Secundum huguitionem gloria deriuatur a glorius/a. um. ¶ Item hec glos glotis est femina fratris tui. id est vxor sua. Unde quidam dixit. Cui sociatus adest frater tuus hec tua glos est. ¶ Construe. O lector discute. id est disquire. id est cognosce quid hoc nomen glos sit quia est lignum vel femina vel flos. Quando est lignum facit glossis in genitiuo. ¶ Item dicit autor hic quod glos glossis id est lingua lingue. et ab inde deriuatur hec glossa glosse quod idem est quod hec glossa glosse. et hoc inuenitur ex hoc quod dicit in littera: glosa vel glossa est eius filia. id est deriuatur a glos sicut filia a matre. ¶ Uel videtur quod iste versus scilicet glos glossis lingua &c. Non est versus istius libri quia autor non facit mentionem de tali significatione quod glos glossis est idem quod lingua cum dicit nisi tres significationes esse de glos. de quarum numero glos pro lingua non est. Glos/ gloris. &c. ¶ Construe. Glos faciens gloris est quidam flos: et gloria est dos illius. i. data

29

seu deriuata ab eo. Et etiam glos faciens glotis dicetur femina. id est vxor fratris.

Gero. **Porto represento/facio/tria fert gero sensa.**

¶ Hic autor docet q gero geris gessi gerere. habet tres significatiões. Nam idem est qd portare: et hoc in propria significatione. Unde componitur Nugiger/gera-gerum. id est portans nugas de loco ad locum. ¶ Et gero. id est represento. vt iste gerit personam hystrionis. i. representat. ¶ Et gero. i. facio. Et inde hoc gestum/gesti. i. factum. Unde Galterus in alexandreide sic incipit. Gesta ducis macedũ &c. ¶ Construe. hoc verbũ gero fert. i. significat hec tria sensa. i. has tres significationes scilicet porto portas &c. Et coniugatur sic. Gero/geris/gessi/gerere/gestum/tu. in supinis verbum actiuũ. ¶ Itẽ gerere. i. administrare secundũ hugui.

Gestio. **Gestio pro cupio/pro gaudeo gestio pono.**

¶ Hic ponit autor equiuocationẽ in illo verbo gestio/gestis/gestiui/gestire: dicens q equiuocat ad duo. Nã gestire. i. cupere. vt hic. Multa gestim9 propter que sepe perimus. gestimus. i. cupim9. ¶ Item gestire. i. gaudere. Sed proprie id est in malorum gaudere bonorum. Unde gestire est motu corporis gaudia representare: et facere qd sapientẽ non decet. Unde notentur isti versus. Gaude sed noli fili gestire benignus. Gaudet corde mal9 corpore gestit item. ¶ Cõstrue. Ego pono hoc verbum Gestio pro cupio/cupis. Et ego pono hoc verbum gestio pro gaudeo.

Ibis. **Ibis auis/dorchas est ibex/inuidus ibis**
Ibidis hec/medius facit ibicis/inuidus ibis.

¶ Finita illa parte in qua tractauit autor de equiuocis incipientibus de littera G. Jam tractare intendit de his que incipiũt ab i. que est proxima littera huic littere G a parte post. Et si obijciatur de h. que est figura media iter G et I dicatur q non est littera: et ideo autor non facit capitulum de ea.
¶ Ponit ergo equiuocationem in ista dictione ibis que equiuocatur ad duo Deinde ponit differentiam inter ibis et ibex. Primo ergo dicit q ibis equiuocat. Est enim quedam auis cum longo rostro (anglice a storke) de qua loquitur horatius dicens. Se quocunq rapit rostratam vidimus ibim. Et est ibis auis immũda: qr in veteri testamento fuit prohibita comedi. Uñ scribitur Leuiti. xi. ca. Bubonẽ et mgulũ et ibim non comedetis. Et secũdum aliquos dicitur auis q viuit ex cadaueribus quod falsum est. quia manifestũ est ibim nõ viuere cadaueribus. ¶ Itẽ ibis ponitur pro inuido. Unde Ouidi9 scripsit vnum librum quem intitulauit. In ibim. i. cõtra ibim inuidum. i. aduersariũ suum: qui cum vxore sua mechabatur. ¶ Sed ibex ibis: secundũ istũ auctorẽ est genus serpentis. Scdm vero hugui. est genus quadrupedis scilicet capra. que dorchas dicitur alio nomine. Et dicũtur ibices quasi aues: qr ad instar auium ardua et celsa teneant et habitant in sublimi. Et si qñ aduersitatẽ hoim vel ferarum persenserint: de altissimis saxorũ sese precipitãtes in suis cornibus illesas se suscipiunt. Unde scribitur de illis Primo regum. xxiiij. ca. Saul perrexit ad inuestigãdum Dauid & viros eius per abruptissimas petras q solis ibicibus puie sunt ibicibus (anglice a wylde gote or a tayndere) id est talibus capris superius memoratis. Uñ quidã. Ibex ibicis est animal

quod cornua gestat. Est enim capra dorchas grece vocitata. Iber/icis. auis est nihilicq fluctis. ¶ Construe. Ibis est auis/iber est dorchas vel serpēs: sed magis placet dorchas: et ibis est inuidus. ¶ Ibis. rc. hic docet q̄ p̄dicta nomina variātur in obliquis dicens. q̄ ibis qn̄ est arcuo: tunc declinat̄ hec ibis huius ibidis. Sed dic q̄ facit ibis vel ibidis in genitiuo. Et iber declinatur hic iber/ibicis. penultima correpta in genitiuo. Et ibis p̄ inuido declinatur hic ibis/huius ibis in genitiuo. Ibi cum corripit mediam syllabam siue producit. hec iber/ibicis. producit mediam in obliquis: et est auis aquatica serpentibus inimica: et pro eadem dicitur hec ibis/ibis. Et hec iber/ibicis mediam corripit in obliquis: et est animal de genere ceruorum. Uersus. Iber/cis auis est nichilicq fluenta. Ut dicant habitat: rostro suo vilia purgat. Ibidis ac ibis: genitiu⁹ cum facit ibis. Tunc auis est ibis: et dicitur inuidus ibis. Quod notat ibidis iber: notat ibicis ibis. Et iber quadrupes auis ibis inuidus ibis. Secundum glosam in hoc loco potest producere mediam siue corripere: quia potest exponi de aue siue de quadrupede. Sed melius est q̄ corripiatur pro quadrupede. Unde quidā magnus magister dixit. Cornua fert ibis iob testis: et ibidis inde.

Jacinctus lapis est/flos est/iacinctus homoq3. — Jacinct⁹

¶ hic autor docet q̄ iacinctus est equiuocum ad tria. Nam primo est lapis preciosus videlicet genus saphiri. Et est quidam fl[illegible] s blaui coloris (anglice a violet) Et iacinctus est proprium nomen viri seu sancti. ¶ Construe. Jacinctus est lapis rc. Jacinctus/a. um. i. blauius/a. um.

Sūt iuga mōtis/sunt iuga tele/sunt iuga curr⁹. — Juga.

¶ hic docet autor q̄ iuga habet tres significationes. Primo iuga sunt cacumina montium siue summitates. Et iug[a] sunt illa ligna quibus tela texēda ligatur. i. quedam instrumenta textorum. Juga sunt columbaria boum siue equorum trahentium in curru: et sunt iuga sic instrumenta currus. hoc iugū iugi. dicitur de iungo/is. ere. ¶ Construe. Juga sunt montis. i. cacumina mōtium: et iuga sunt tele. i. instrumenta in quibus tela texitur. hec tela/le. (anglice a webbe. Et dicitur de telon grece quod est longum latine: et iuga sunt currus. id est instrumenta bige siue aratri.

Jus succum/ius tectum/ius ipsa potestas
Jus est causa/locus est vbi causa datur. — Jus. Justicia.

¶ hic docet autor q̄ hoc nomen ius habet quinq3 significationes. Primo id est succus (anglice iuce) Unde. Ut facias offas de iure meo tibi do fas. Jus. i. rectū seu rectitudo. Ut nihil faciam tibi nisi q̄d exigit ordo iuris. ¶ Et nota differentiam inter ius et fas. Jus est lex humana: sed fas est lex diuina. Unde transire per alienum agrum fas est: sed non ius est. Et differūt ius et iusticia Jus est ars boni et equi: sed iusticia est constans et perpetua volūtas ius suū vnicuiq3 tribuens. Institutis de iusticia et iure in principio. Et ius est ipsa potestas iuris: vt transfero in te meum ius. id est potestatem iuris. Et ius. i. locus vbi ius exercetur vt clericus constituitur in iure. i. in loco iuris coram vobis. ¶ Construe. Jus est succus/ius est rectum/ius est ipsa potestas iuris: et ius est causa: et ius est locus vbi causa deducitur. i. terminatur. Jus declinatur de iubeo/es. ere. iussi. iussum.

Ignis.

Ignis feruorem studij/dat fulmen amorem
Est elementatum/solis calor ac elementum.

¶ hic ponit autor q hoc nomen ignis est equiuocum ad sex. Nam ignis denotat feruorem studij. vt hic. Ocia sepe extinguunt ignem mentis. i. feruorē studij. Et ignis. i. fulmen. Virgilius. Imbribus ignes excutimus cursu. ignes id est fulmina. Ignis. id est amor. Vn̄ Ouid. Loquitur excepto paulatī carpitur igne. i. amore. Item ignis. i. elementū. id est iste ignis qui est apud nos magis dicitur elemētatum ꝙ elementū: qr non est purus ignis nisi in spera sua: et ibi est purum elemētum. Et sic de alijs elementis potest dicere q ista que vidimus sunt elementata: ⁊ non elementa. Ignis. i. calor solis: vt ibi. Cōpescunt ignib⁹ ignes. Ignis. i. elementū purū in sua spera. ¶ Cōstrue. Ignis dat. i. significat feruorē studij: et ignis dat. i. significat fulmen. id est fulgur (a lyghtnynge) et ignis est elemētatum scʒ quo vtimur. et ignis est calor solis/ ac ꝑ et/et est quoddā elementū. Et sunt quatuor scʒ aer/ignis/terra/⁊ aqua. Et ignis componitur de in et gigno/nis.

Indiuiduum.

Est indiuiduum corpus/quo non minus vltum
Est quod duricia nequit iste secure vel ille
Ac indiuiduum nimio dicatur amore
Discretum tandem/sub voce tenetur eadem.

¶ Autor docet hic. q hoc nomē indiuiduū/dui. quadrupliciter potest sumi. Nā minimū corpus qđ ꝑpter sui paruitatē diuisionē nō recipit dr̄ indiuiduū vt athom⁹ et est illa minima festuca q̄ apparet in radio solis. et dr̄ athomus ab a qđ est sine: et thomus diuisio vel sectio quasi sine diuisiōe vel sectione: ⁊ nō dr̄ indiuiduū lō: qr oīno diuidi nō pōt: sed qr non recipit sectionē sensui subiacentē. Itē indiuiduū dr̄ illud qđ ꝑpter duriciā diuidi nō pōt: ⁊ si pōt cū magna tn̄ difficultate: vt adamas/dyamas (a dyamaūde) q̄ nō frāgit vt dr̄ Isidorus: nisi cum recēti sanguie hirci. Itē aliqđ dr̄ indiuiduū qđ alicui ardētis amoris vinculo colligat. Vn̄ Ouid. Sūt indiuidue mēs mea sicq3 tua. Itē indiuiduū dr̄ qđ ꝑ inferiora sue nature phisice diuidi nō pōt: vt socrates. ¶ Cō. Illud corp⁹ est idiuiduū q̄ nullū corp⁹ est min⁹: vt athom⁹: ⁊ illđ est indiuiduū qđ ille vel iste neq̄t. i. nō pōt secare. i. diuidere: duricia ablatiūo est. i. ꝑpter duritiā: vt adamas: atq3 ꝑ et: ⁊ aliqđ dicit̄ indiuiduū nimio amore. i. ꝑpter magnitudinē amoris. Indiuiduus cōponitur de in/et diuiduus/a. um.

Inuestis

Inuestis sine vestibus/inuestis sine barba
Inuestis mulier/inuestis pauper habetur.

¶ Autor docet hic q inuestis habet duas sigtiones. Primo dr̄ aliquis vl' aliqua sine vestib⁹: vt paup est inuestis. i. sine vestibus (anglice naked) Inuestis aliquis vel aliqua non habens barbam. Vn̄ mulier est inuestis. i. sine barba. Et est idem qđ solutus/a. um. i. sine cōiuge. vt ista mulier est inuestis. i. soluta. ¶ Cōstructio patet. hic ⁊ hec inuestis ⁊ hoc e. cōponit̄ de in ⁊ hec vestis/tis.

Dicitur ingratus non acceptabilis/et qui Inmemor accepti solet ingratus benefacti. Ingrat⁹

¶ hic autor docet q ingratus dupliciter sumit. Primo dicitur aliqs ingrat⁹ qui nõ est dign⁹ acceptari vel admitti in societatẽ vel amicitiã alicuius boni viri: et hoc ppter turpitudinẽ quã inuoluit vitiorũ vel aliquod simile. Et dicitur ingratũ qd nõ est acceptabile. Itẽ ingrat⁹. i. nõ gratus: vt q accepti bñficij nõ memorat. ¶ Cõstrue. Aliqs ingratus dr nõ acceptabilis. i. nõ dignus acceptari. Et ille sez ingratus q solet esse immemor alicui⁹ bñficij accepti ab aliquo amico. Ingratus/a. um. componitur de in et gratus/a. um.

Quod vacuũ manet/atqz cauum/leue fert inane. Inanis

¶ Autor hic docet q hic et hec inanis/et hoc ne. est idẽ qd vacuus/a. um. vt ibi. Terra erat inanis et vacua. ibi et tenetur pro id est. ⁊ exponit sic. Terra erat inanis. i. vacua. ¶ Et inanis. i. cauus/a. um. vel cõcauus/a. um. vt firmamentũ dr inane. i. cõcauũ. sic vndiqz verũ. vñ cõuexũ. Itẽ inane. i. leue: vt mulier moueatur inanis. ¶ Cõstrue. Illud est inane qd manet. i. vacuuz: ⁊ illud est inane quod est cauũ. et illud fertur. i. vocatur vel dicitur inane qd est leue ¶ Inanis componitur de in/et vanus/a. um.

Immanis magnus/est ferus atqz nocens. immanis

¶ hic docet autor q hic et hec immanis et hoc ne. habet duas significationes. Nam immanis. i. ferus/a. um. vel crude s vel immãsuetus. ¶ Et idem est qd nocens non bonus vel sine bono. Et quia magna solent esse crudelia ⁊ fera et terribilia: igitur immanis inuenitur pro magno ⁊ grandi. ¶ Cõstrue. Immanis est magnus ⁊c. Et componitur de in/et manon grece quod est bonum latine quasi non bonum.

Immunis qui nil prestat/cui nil datur expers. immunis

¶ hic docet autor q hic et hec immunis ⁊ hoc ne. habet duas significatiões Nã immunis est ille qui cum quid ab alio recipit nil respondit. ¶ Et immunis est ille cui nil datur cũ aliqs aliquid tribuitur. Item immunis. i. expers vl' consors: qd idem est. vt iste quod sibi imponitur est immunis. i. expers vl' exsors. (anglice gyltlesse) ¶ Et immunis. i. carens officio. Virgili⁹ in georgicis. Immunisqz sedet aliena ad pabula fucus. Et componitur scdm hugui. ab in et hoc munium/nij. i. debitũ officij vel tributũ vel munus. Et dicitur immunis quasi sine muno. i. sine tributo. s. liber qui nulli est tributarius. Vñ ⁊ sepe dicitur immunis expers alienus sine parte. ¶ Item immunis est qui non facit munia. i. officio non fungitur: sed omni priuilegio et dono vacu⁹/viciosus/piger/ventri indulgens. Et cõstruitur cum gtõ vl' ablatiuo: vt iste est immunis criminis vel crimine.

Improbus est perseuerans pbus atqz pteruus. Improb⁹

¶ Autor docet hic q improbus/a. um. habet tres significationes. Primo. i.

perseuerans. Uirgilius in georgicis. Labor improbus oia vincit. i. labor perseuerans. Et idē est qđ probus. Uirgi. in eneid. Lauit improba teter ora cruor. improba. i. valde proba. ¶ Et est idem qđ pteruus. i. crudelis (anglice frowarde) Unde quidam de dyonisio tyrāno sycilie. Dyonisius improbus atqz impius fuit. Et dicitur de in et probus.

Insignis **Nobilis insignis est/ac ignominiosus.**

¶ hic autor docet q hic et hec insignis/et hoc ne. equiuocat ad duo. Nā idē est qđ nobilis. Unde Theodolus. Insignē vitulū cōflauerat ignis. insignem id est nobilē. ¶ Et est idem qđ ignominiosus. a. um. i. nō famosus. vł male famosus vel qui habet ignominiosum ⁊ est semꝑ suspectus. Uñ illud. Flabat ⁊ insignis male decantabitur hora. insignis hora. i. ignominiosa hora. vł ibi in passione dñi. habebāt aūt vnū virū insigne q̄ dicebat barrabas. insignem. i. ignominiosum vel male famosum. Et cōponitur de in et hoc signum signi.

Instita **Instita fit vestis matrone/fit quoqz vinclum.**

¶ Autor ponit duas significatiōes isti⁹ nois hec instita/te. Primo est quedā vestis qua veteres matrone solebāt vti (anglice a rochet) Unde Ouid. Queqz tegit medios instita longa pedes. ¶ Et idem est qđ vinculum quo pedes mortuorum ligantur. Unde legitur q Lazarus vinctus institis fuit monumento. hec instita institе/dicitur de insto instas institi rē.

Iacto/as **Cum iacio iacito/cum me male comprobo iacto**
hinc quoqz iactito fit/iactantia nascitur inde.

¶ Autor docet hic q hoc verbum iacto/as. are. habet duas significationes. Prim. i. iacere. vt iacto lapidem. i. iacio. Et iactare. i. laudare vltra modum vel vltra q̄ debeatur (anglice to boost/or to be proude.) vt tunc iacto me cū nimiū laudo me. Et est frequentatiuū formatū ab vltimo supino huius verbi iacio/iacis/ieci/iactum/tu. u in o fit iacto/as. Et aliud frequentatiuū formatur ab illo iactatū/tu. u in o conuersa et a mutata in i correptam fit iactito/tas. taui. tare. in eodem sensu cum iacto. ¶ Iactare vel iactitare secundū hugui. pro gloriari ponitur laudare gloriando vanitare. i. arrogare vel inaniter proferre. Unde iactans. i. arrogans dicitur qui se iactat et maiorū institutis non acquiescit sed propriā quandā viam iusticie et sanitatis inquirit. Et comparatur iactantior iactantissimus. Et hec iactantia/tie. i. arrogātia/superbia vanitas. ¶ Item nota hic differentiā inter iacere cuius media corripitur et iacere cuius media producitur: et patet differētia per istū versum Si non vis iacere lapidem permitte iacere. ¶ Cōstrue. Ego iacto cum iacio et ego iacto dū comprobo. i. laudo me male. quoqz pro et/ et iactito fit. i. deriuatur inde. i. iacto et iactantia nascitur inde. i. iacto/as. aui. are.

indulgeo. **Indulget confert operam/veniam simul auget**

¶ hic autor docet q indulgeo/es. hz tres significatiōes. Nā idē est qđ dare operā. Uñ Catho. Indulgere gule noli q: vētris amica est. i. noli dare opam

gule. ¶ Et indulgere est dare veniā. vt indulget michi deus petā mea. id est remittat et det veniam michi de pctis meis. Et est idē qđ augere veniā: vt deus indulgeat nobis miam suā. i. augeat vel donet nobis miam suā. Cōponitur ab in/ et algeo/ es. i. frigere. ¶ Cōstructio satis leuis est. Indulgeo cōponitur de in/ et algeo/ alges. interposita d/ et a mutata in n. Et coniugaṫ indulgeo/ indulges/ indulsi/ indulgere/ indultum/ tu. in supinis.

Infectus quod nō fact⁹ sonat est quoqꝫ tinctus. Infectus

¶ Hic docet autor ꝙ infectus/ ta. tū. habet duas significationes. Nā infect⁹ id est non factus: vt domus infecta. i. non facta. Vn̄ Horatius. Infectū valet esse dolor quod mens sua seruat. infectum ibi. i. nō factum. Et infectus. i. tinctus vel violatus vel corruptus: vt aer est infectus. i. violatus vel tinctus vl' corruptus. Unde Ouidius. Mons erat infectus variaꝝ cede ferarū. i. mons erat tinctus cede. id est occisione variarū ferarum. id est diuersarum bestiarum. ¶ Construe. Infectus sonat idem qđ non factus: ꝗ pro et/ et infect⁹ est idem quod tinctus/ ta. tum.

Ordo/ locus/ tempus/ et causa notatur ab inde. Inde.

¶ Hic docet autor ꝙ inde aliqn̄ significat ordinem: vt hic. Iste sedet primus et ille inde. Item significat locum: vt ego veni inde. id est de illo loco. Et aliquando significat tempus: vt ego veni primo et ille inde. id est in illo tēpore. Et aliqn̄ causam: vt comedi crudas carnes et inde eger sum. id est eadē causa ¶ Construe. Ordo notaṫ. i. significatur ab inde. i. ab isto aduerbio inde.

Hic fore cognoui temporis atqꝫ loci. Hic.

¶ Hic autor docet ꝙ hic aliquando significat tempus. Unde Uirgilius. hic michi nescio quid trepido michi numen amicum. hic ibi. i. nunc. hic aliquando significat locū. Unde Alanus in anticlaudiano. hic superos ciues ꝓprio procellit honore. Uirgo que proprium partendi lege pudorem. Nō perdens matris meruit cum virgine nomē. hic. i. in illo loco. ¶ Construe. Ego cognoui hoc aduerbium hic fore. id est esse tempus. id est aduerbiū temporis atqꝫ loci. i. aduerbium loci.

Lar lartis rex est/ laris est deus/ ignis/ et edes. Lar.

¶ Hic autor docet ꝙ lar habet quatuor significationes. Nam fuit proprium nomen cuiusdā regis: et tunc facit lartis in genitiuo. Item lar est quidā de⁹ quem gentiles colebant: et precipue ille deus qui preest custodie ignis. nam fuerunt duo lares quos mercuri⁹ genuit ex vna nympha que dicebatur lar Et dicebantur lares vel ab igne cui presunt et quem custodiunt. Horū imagines habebant gentiles iuxta ignem retro. Unde et posterior pars foci dicitur lar. Item lar. i. ignis. Et lar. id est edes vel domus. Unde antiquo prouerbio. In laribus lartis lares de larice vidi. i. vidi larem. i. ignem in larib⁹. i. domibus/ lartis. i. talis regis. Et dicıṫ lar de largior/ iris. vel largus/ a. um. quia de laribus procedit largitas. Et declinaṫ hic lar/ lartis. ꝓ nomine proprio: et hic lar laris pro alijs significationibus. ¶ Construe. Lar faciens lartis in genitiuo est rex. i. proprium nomen regis: secundum lar faciens laris in gtō est deus vel ignis: vel edes. id est domus.

later/cis. Equiuoce vinumqꝫ later et lympha vocatur
Est idcirco later vinum quoniam latet vua
Lympha later ideo/quoniam terra latet ima.

¶ Autor docet hic ꝙ hic later/laticis equiuocatur ad duo. Primo later.i.vinum:et tūc dicitur a lateo/es.quia in vua latet. Item later.id est aqua ⁊ tūc dicitur a lateo/lates:quia latet in yma terra.i.profunda terra.vel quia latet in ymo.i.in profunditate terre. ¶ Construe. Later vocatur equiuoce vinum et nympha: later est ideo vinum/ quoniam.i.quia latet in vua vnde vinum exprimitur. Et later est ideo nympha.id est aqua quoniam latet in ymo terre.i.profunditate terre.et est masculini generis later.

Latꝰ/ris. Costa latus lateris laterem dat tegula later
Est asportatus latus quoqꝫ dicitur amplus.

¶ Hic docet autor equiuocationē huius nominis latus:et deinde ponit differentiam inter hoc latus/lateris.in gtō. ⁊ hic later quod similiter facit lateris in genitiuo. ¶ Item ponit differētiam inter latus cuius prior corripitur et latus cuius prior producitur. Dicit ergo ꝙ latus.i.costa. (anglice a syde) ⁊ est substantiuum. Et declinatur hoc latus/lateris.et corripit hanc syllabā la vbiqꝫ. Item latus est participiū de fero fers fert: et tunc idem est qđ portatus:et tot significationes habet sicut fero:⁊ tunc declinatur latus/lata/latum. ¶ Item latus est nomen adiectiuū.id est spaciosus/amplus. Unde Ouidius. Pars maris et latus subitarum campus aquarum.latus ibi.id est spaciosus vel amplus. et tunc producit vbiqꝫ hanc syllabam la.siue sit participium siue nomen adiectiuū. Item later/lateris est gleba cocta de qua fit murus et vnde domus teguntur(anglice a tylstone/or a bryke) Et nota ꝙ priscianus dicit hoc nomen deficere in omnibus casibus singularibꝰ ⁊ pluralibus preter accusatiuū singularis numeri scꝫ laterem. Nos tamen vtimur hoc nomine in vtroqꝫ in quolibet casu. Item nota hanc naturam esse laterꝫ. ꝙ quāto plus abluitur tanto plus exasperascit et deterior fit. Unde quidam predicans fatos et interrogatꝰ quid fecerit: legitur respondisse Littus aro laterē qꝫ lauo dum predico prauo. Unde alius dixit. Uerba serit vento qui predicat infatuato. ¶ Construe. latus faciens lateris.id est costa vel tegula operimentum vel tectura domꝰ dat laterem.i.hic later lateris. Et latus/a.um.asportatus/a.um.dicitur amplus/a.um. Hoc latus/lateris.latus/lata/latum.deriuatur de lateo/lates. Et later/lateris.dicitur a latus/lata/latum.participium quoqꝫ pro et.c̄.

Lena/ne. Lena clamis tibi sit et stupri consiliatrix.

¶ Hic autor docet equiuocationem huius dictionis hec lena/ne. dicens ꝙ lena est idem qđ clamis/clamidis (anglice a mantyll) vt induo te lenam.i.clamidem. Item lena idem est qđ meretrix. Unde illud. Lenonem lena non diligit absqꝫ crumena.id est bursa. Et loquit̄ figuratiue per metonomiā.quia crumena quod bursa est: ponitur pro pecunia quam continet. ¶ Construe. Lena sit tibi clamis.id est mantellus:⁊ lena sit consiliatrix stupri.i.q est meretrix (anglice a bawde.)

Lens lendis capiti: lens lentis conuenit ori. Lens tis.
Lens mordet per d/mordetur si capiat t

¶ hic autor docet equiuocationē in isto nomine lens quod equiuocatur ad duo. Nā lens est quidā vermiculus ꝙ solet esse in capitibus hoim et maxime pauperū (anglice a nytte) ⁊ tūc facit lendis in gtō per d. Et lens faciēs lentis in gtō est quoddā legumen maxime in tempore quadragesimali visitatū (anglice ryce potage) ⁊ scribitur cū t in gtō. ¶ Construe. Lens faciens lendis in gtō couenit capiti. ⁊ lens faciens lētis in gtō cōuenit ori vt manducet. Lens per d in gtō mordet scz capita: et si lens capiat t/mordetur.i.comeditur.

Lenticulā voco vas maculam cutis atqȝ legumen Lēticula.

¶ Autor docet hic ꝙ lenticula habet tres significationes. Nam lenticula est quoddā vas quo ponitur oleū (anglice an oyle potte) Itē lēticula est quedā macula in facie hois (anglice a spot/or a frecon) Et inde lenticulosus/a.um.i. neuosus (freconyd) ⁊ ꝓuenit in estate solis calore causante: et hoc maxime in rufis hoibus s.,ꝫe subrufis ⁊ multū albis: ⁊ nec est signū boni indolis. Et hec macula alijs noibus vocat scz lentigo/inis.i.neuus/ui.⁊ cesia/sie. Et lenticula. est legumen diminutiuū de lens lentis. quod superius exponitur.

Lento mens arcus dum lenteo/lenteo tardo Lentare
Lenteo dum cesso; que tria lentus habet Lentere.
Lentus flexibilis/lentus piger ocia lentus Lentus.

¶ Autor docet hic equiuocationem in lenteo.⁊ differentiam inter lentare ⁊ lentere: Et deinde ponit equiuocationē in hoc noie lentus/a.um.quod a verbo lenteo deriuatur. Dicit ergo ꝙ lento/as.aui.i.flecto/flectis.vel curuo/as.are.vt lento arcū meū.i.flecto arcū meū trahēdo illū. Unde in alexandreide Nunc arcus lentare monet: nunc fundere glandes.i.nunc docet eum lentare arcus.id est flectere trahendo. ¶ Lenteo/es.ere.i.pigere vel tardare ⁊ cessare. Unde lentus/a.um.habet omnes has tres significationes. Nam idem est quod flexibilis (anglice linowe or plyenge) Unde Ouidius. Curribus ante te medium lentis erat aptus.ibi lentis.i.flexibilis. ¶ Et lētus.id est piger. Un idem. Lētaqȝ tigris erat.lenta.i.pigra. ¶ Et lentus.i.occisus. Unde. Tu modo pomperci lentus spaciare sub vmbra. ¶ Et lentus.i.plenus. Inde luculētus.i.luce plenus: vt populus luculentus. ¶ Cōstrue. Ego lento meos arcus dum lenteo.i.flecto eos.lenteo/es.i.tardo vel tardeo. Et ego lenteo dū cesso id est dū ago ocia.que tria.i.quas tres significationes hoc nomen lentus/a.um.habet. Lentus.id est flexibilis.et lentus.id est piger/a.um. et lentus habet ocia.i.est idem quod ociosus/sa.sum.

Letus iocundus: letus fecundus et inde Letꝰ/a.ū
Letamen fimus terre pinguedo vocatur

¶ hic docet autor quod letus/a/um. habet duas significationes. Nam letus.i. iocundus/da/dum. vel hylaris. Unde quidam. Non ego sum letus dum sum langore repletus. ¶ Letus.i.fecundus/a/um.i.fertilis. vt Uirgilius in georgicis. Quid faciet letas segetes. id est facundas et fertiles segetes. Et tunc a letus deriuatur hoc letamē/inis.i.fimus qui reddit terram pinguem (anglice mucke or dunge) ¶ Construe. Letus.id est iocundus/et letus.id est fecundus. et inde letamen.i.fimus vocatur pinguedo terre.

Letatus. **Letatus quando a leto fit mortificatus**
A letor de leticia letatus habetur.

¶ hic docet autor quod letatus habet duas significationes: et he causantur ex diuersitate sui primitiui. Nam qn̄ deriuatur ab hoc letum/ti.i.mors. tūc idē est quod mortificatus/a/um. vel mortuus/a/um. Ouidi⁹. vt nemus intrauit letata corpora vidit. ¶ Et qn̄ letatus dr̄ de letor/aris. tūc est factus let⁹ gaudens. ¶ Construe. Cum letatus fit. id est deriuatur a leto scilicet pro morte. tunc est idem quod mortificatus. Et cū letat⁹ fit a letor/aris. quod est deponens: tunc habetur letatus de leticia quasi haberet leticiam. id est gaudium. Ut Letatus sum in his que dicta sunt michi.

luxuries. **Factum luxuries notat affectumqꝫ libido.**
Libido.

¶ Autor ponit hic differentiam inter hec luxuries/ei. et hec libido/inis. dicens quod hec luxuries/ei. significat factum illius peccati siue illud peccatum. Sed libido significat affectum.i.voluntatem quam quis habet faciendo illud peccatū. Uel libido est luxuriosa voluntas. ¶ Luxuries dicitur de hic luxus/us. ui. Unde hec luxuria/rie.i.luxuries. Sed modo ampliata est ei⁹ significatio vt luxuria vel luxuries dicatur quelibet superfluitas tam in cibo ꝗ̄ coitu et vestitu: et etiam in alijs rebus. ¶ Cōstrue. Luxuries notat.i.significat factū id est ipsum peccatum/ꝗ pro et/libido notat affectum. id est voluntatē peccandi. Libido a libet verbo impersonali dicitur.

Liber/eri **Liber idest bacchus: vel vir sine compede natus**
Estqꝫ liber codex: vel raptus ab arbore cortex
Prima beri faciunt: genitiuo briqꝫ secunda
Pars prior est cortex/liber altera/tertia suber.

¶ hic docet autor quod liber hꝫ q̄tuor sig̃tiones. Nā idē est qd̄ bacchus de⁹ vini Un̄ Therē. Sine libero et cerere friget venus. libero ibi.i.baccho. et tūc liber facit liberi in gtō. Et liber est idē quod ingenu⁹/a/um. Et est ingenuus q̄ nascitur ex liberis parentibus (free) et non ex seruis: neqꝫ ex seruo et libera: neqꝫ ex libero et ancilla: sed requiritur quod vterqꝫ parens sit liber: et tūc siliter facit gtm̄ in beri: vt liber/liberi. Un̄ hec libertas/atis. V. Nō bn̄ ꝓ toto libertas vēditur auro. ¶ Itē liber.i.cortex.i.interior pars corticis que ligno adheret. dictū a libero/ras. qr liberat.i.defendit interius lignū. Un̄ Ouid. Mollia tingūtur tenui precordia libro. Et nota quod liber pro baccho.i.deo vini. et ꝓ ingenuo ꝓducit hanc syllabā li. Pro baccho vn̄ Romulus. Et liber simul et cum castore pollux. Pro ingenuo ibi. Qui metuēs viuit michi liber non erit vnꝗ̄. Sed

liber p codice. vt ibi. Haurit aquas cribris: clericus absq; libris. Pro cortice. vt ibi. Absq; libro nunq; valet arbor crescere queq;. ¶ Pars prior. &c. hic ex incidenti ponit autor drãm inter corticẽ/librũ/et suber. dicens q cortex est superior pars que adheret arbori (anglice the barke) Liber est media pars (anglice the sappe) suber illud quod est mediastrũ ligni (anglice the pyth of the herte.) ¶ Construe. Liber. i. bacchus vel vir natus sine cõpede. i. sine seruitute. Et liber est codex super quem legimus. Et est cortex raptus ab arbore. Prima. id est liber pro baccho: et simul pro ingenuo faciũt beri in genitiuo. vt hic liber/beri. Et secunda id est liber pro codice: et liber pro cortice faciunt bri in genitiuo. vt hic liber/libri.

Libra bilanx/libra pondus/signum quoq; libra. Libra

¶ Autor docet hic q hec libra/bre. habet tres significatiões. Nã libra. id est bilanx (anglice a balaunce) Et libra est põdus duodecim vnciarũ. Et dicit pfecti ponderis: quia constat tot vnciis quot mensibus annus. Et dicit liber qr sit libra et cuncta pondera precedentia vel minora cõcludat. Item libra/bre. dicitur signum in celo. vt cum dicitur sol est in libra. ¶ Construe. Libra est bilanx: libra est pondus/libra est signum in celo.

Lictor pretoris et funeris assecla lictor. Lictor

¶ Autor docet hic q hic lictor/oris. habet duas significationes. Nã lictor est ille qui de officio suo portat gladiũ vel securim ante regem vel imperatorẽ vel pretorẽ (anglice a swarde berer) vt ad puniendos reos presto sit. Et dicitur lictor quasi litor. a lito/as. c interposita. quia lictat et interficit reos. Unde et quicunq; regi vel iudici/consuli vel presidi vel pretori subsequitur ad puniendos reos dicitur lictor (anglice a hangman.) Similiter dr lictor portator cadauerum scilicet qui portat cadauera. id est corpora ad sepulchrum.
¶ Construe. Lictor est assecla. i. cliens vel famulus pretoris. id est illius iudicis vel maioris. et lictor est assecla funeris. i. alicuius corporis mortui vt portet illud ad sepeliendũ. Et dicitur assecla assecle. ab assequor assequeris. quia sequitur mandata domini sui.

Lesio vel sanies liuor et inuidia ibex. Liuor.

¶ hic autor docet q liuor/oris. habet tres significatiões. Nã liuor. i. lesio. vñ illud cuius liuore sanati sumus. liuore. i. lesione. Liuor. id est sanies. i. putredo illa que est in vulnere. Liuor. i. inuidia. Unde Ouidius. Summa petit liuor perflant altissima venti. liuor. i. inuidia. ¶ Itẽ est liuiditas ille color qui remanet in aliquo post verberationem cum baculo. Et est dolor vulneris. ¶ Cõstrue. Liuor. i. lesio vel sanies vel inuidia. Et dicitur liuor a liueo/liues. i. esse vel fieri liuidum. Et ponitur pro inuidere. ¶ Nota differentiam inter liuorẽ et vibicẽ. Liuor est color qui remanet post verberationem cum baculo. Sed vibex est incisio vel vestigium quod remanet in carne post verberationẽ cũ virga. Unde versus. Liuorem baculus vibicem dat tibi virga.

Stellam cum cythara designat lyraq; sulcum. Lyra.

¶ hic docet autor q lyra habet tres significatiões. Nam aliquando reperitur pro stella. vt ibi. Que lyra fulsit heri. id est que stella splenduit heri.

¶ Item est cythara: et dr a lyra grece qd est diuersitas vel varietas latine: qr varios et diuersos sonos efficit. ¶ Item lyra .i. sulcus et proprie aratri (anglice a forowe) Et dr a lyros grece qd est lyra .i. sulc⁹ apud nos. ¶ Nota q lyra pro cythara corripit priorem syllabam. et lyra pro sulco producit primā. Unde. Pollice tango lyram facio cum vomere lyram.

Loculus. **Est loculus bursa/minimus locus/et libitina.**

¶ Hic autor docet q hic loculus/li. aliqn idē est qd bursa. Et componit cum plenus et dr locuples .id est diues quasi plenos habens loculos. ¶ Locul⁹ est diminutiuum ab hic locus/ci. et tunc est paruus vel minimus locus. ¶ Item loculus est libitina (anglice a beer) quo funera portātur ad sepulchrum. Unde. Accessit iesus et tetigit loculum .id est libitinam.

Lucar **Est lucar luci precium/lucisq foramen.**

¶ Hic autor docet q lucar/aris. media producta habet duas significationes Nam est precium qd accipitur pro luco .i. nemore locato alicui vel aliquibus Et tunc dicit de hic lucus luci .i. nemus vel sylua quod idē. Lucar .i. fenestra vel foramen per quod sol vel lux intrat in domum. Et tunc dicitur de hec lux lucis. vel lucar est foramen per quod galline intrant in gallicubium.

Lupus. **Hic lupus est animal/morbus/piscis fluuialis**

¶ Hic autor docet q hoc nomē lupus/pi. habet tres significatiōes. Nam lupus est quoddam animal maxime ouibus inimicum. Et est quidam morb⁹ in coxa scz apostema vel in cruribus: et est vermes magnus vt quidā dicunt filiis muri. Lupus est quidam piscis: qr sicut lup⁹ deuorat animalia in terra sic ille deuorat pisces in aqua. Et inde hic lupillus: et ex sola rapina viuit.

Laudare **Laudat commendat/autorem nominat illud.**

¶ Hic docet autor q laudo/as. equiuocat ad duo. Nā laudare .i. cōmendare vt laudo regem. ¶ Et laudare .i. autorizare. et cōponitur collaudo/as .id est simul laudare. ¶ Construe. Laudat .i. commendat. et illud laudat .id est nominat .i. autorizat autorem aliquē. Et est verbum actiuum.

Legare. **Qui mittit legat: moriens sua munera legat.**

¶ Hic autor docet q lego/as. are. equiuocat ad duo. Nam legare .i. mittere mandare. Ut rex legauit istum in franciam .i. misit. Legare .i. aliquid in testamento alicui dimittere. Unde hoc legatum/ti .i. illud quod dimittitur (anglice to bequest) et dicitur lego/as. a lego/gis. vel a preterito legi (i cōuersa in o) fit lego/as. are. et producit priorem syllabam. Unde versus. Uiuens scripta lego moriens mea munera lego.

Lego gis **Clericus autores: mare nauta/deus meliores**
Fur legit es/flores virgo/viator iter.

¶ hic docet autor quod lego/legis habet sex significationes que satis patent per expositionem illorum duorum versuum. ¶ Construe. Clericus legit autorem .i. libros autenticos: et nauta legit .i. transit vel nauigat mare. Deus legit .i. elegit melio res .s. homines. Fur legit .i. furatur eos .i. pecuniam vel argentum. Uirgo legit .i. col legit flores. Uiator est ille qui transit per viam legit .i. carpit vel capit iter .i. viam suam. ¶ Nota quod lego legis et omnia composita sua faciunt preteritum in gi vt lego/legis/legi. in preterito: colligo/colligis/collegi. preter tria verba que patent per versum. A lego composita faciunt gi: sed tria tollis. Diligo negligo/sic intelligo que faciunt xi.

Libo dum gusto: liboque sacrifico. — Libare.

¶ hic docet autor quod libo/as. habet duas significationes. Nam idem est quod sacrificare (anglice to doo sacrifice) et proprie vinum in calice. Unde panem ... calicem libamus. Et inde hoc libamen/inis. est vini: sed hoc sacrificium ... est carnium. ¶ Et libare. id est gustare (to taste) vel contingere. Ut libaui vinum isto die. id est gustaui. Et dicitur libo/as. are. a liber liberi: quod idem est quod bacchus bacchi. id est deus vini.

Ere luo pignus: penas cruce: luce tenebras Dicitur et luere quando salitur ouis Est luo luxurio: luo punio vel luo purgo. — Luo/luis

¶ hic autor docet quod luo/luis. habet quatuor significationes. Nam luo .i. redimo vel quod vulgo dicitur acquieto (anglice to quyte oute) vt ego luo pignus meum ere .i. redimo vel acquieto pignus meum .i. va... meum ere .i. moneta. ¶ Et luo id est patior vel sustineo vt luo penas in cruce .i. patior penas in cruce. ¶ Et luo .i. purgo vel deleo: vt luo tenebras luce .i. purgo tenebras vel deleo cum luce .i. per lucem ¶ Et luere .i. luxuriari: et est proprie veruecum .i. arietum cum sint in amore coeundi: vt veruecces luunt .i. coeunt vel amore coeundi fruuntur. Unde vulgo solet dici. Arietes sunt modo in luitu .i. appetitu coeundi. ¶ Unde construe secundum versum. Et hoc verbum luere dicitur quando ouis salitur .i. arietatur. ¶ Nota quod salio/lis. salui vel salii/salire/saltum/tu. in supinis. id est facere: et sic est verbum neutrum et absolutum. ¶ Salire est etiam quod dicitur arietare. id est quando ouis salitur. Et pertinet ad animalia irrationabilia: et tunc est actiuum. Unde Ouidius. Leta salitur ouis tauro quoque leta iuuenca. ¶ Luo/luis/lui/luere/luitum/tu. in supinis. verbum actiuum.

Sunt quinquennia: sunt cubilia lustra ferarum Lustrum circuitus: lustrum purgatio fornix. — Lustrum

¶ hic docet autor quod lustrum/tri. habet quinque significationes. nam lustrum est spacium quinque annorum: vt ibi. Lustra sex quam iam pacta. Et lustra est spelunca bestiarum quam inhabitant (anglice a denne.) Unde Auianus. Ast lustra conditur vrsa suis. Lustris. id est speluncis. Item lustrum .i. circulus. vnde lustro/as .i. circuire: lustrum .i. purgatio. ¶ Et lustrum id est lupanar meretricum. Et dicitur a lustro/as. aui. lustrare. id est purgare/circuire/circundare/luminare/serenare. etc.

¶ Construe. Lustra sunt quinquennia. id est spacia quinque annorum et lustra

35

sunt cubilia ferarum scilicet obscura latibula vel cubicula ferarum: et lustrū est circulus. et est purgatio: et est fornix. id est lupanar.

lustro/as. **Lustro purgando/lustro quoqꝫ circūeundo.**

¶ hic docet autor ꝙ lustro/as. are. habet duas significationes. Nam idē est qđ purgare et circuire: vt patet superius. ¶ Construe. Lustro purgando ali quid et ego lustro circūeundo. id est dum circūeo aliquid.

Lutū/ti. **Cenum dico lutum/sed lutum dico colorem.**

¶ Autor ponit hic equiuocationē in ista dictione lutū. Ponitur inde differē tia inter lutum cuius prior corripitur: et lutum cuius prior producitur dicēs ꝙ lutuꝫ cuius prior corripitur. est idem qđ cenum. i. sordes (anglice cley.) Sꝫ lutum cuius prior producitur est accusatiui casus istius nois hic lutus/luti. Et est lutus quidam color croceus vel rubeus quo vt quidam dicunt scarla= tum tingitur: et vtrūqꝫ deriuatur a luo/luis. ¶ Construe. Ego dico lutū esse cenum. id est sordities terre. et ego dico lutum esse colorem.

Luteus **Luteus et luteus sensum sortitur vtrumqꝫ.**

¶ Autor hic docet ꝙ ista duo noīa luteus cui⁹ prima longat: et luteus cuius prima breuiatur/deriuātur a predictis noībus scꝫ hic lutus/ti. p colore. Et dicitur luteus/a. um. i. rubeus vel croceus: et producit primā syllabā scꝫ lu. Et ab hoc lutū/ti. p ceno deriuatur luteus/a. um. i. lutosus/sordidus/plenus luto. ¶ Cōstrue. Luteus cuius prima longatur: et luteus cuius prima corri= pitur sortitē vtrumqꝫ sensum. i. vtrāqꝫ significationē scꝫ de luto p ceno. ¶ No ta hic alios versus q ponūt differentiā inter ista noīa. Luteus est rubeus lu= teus quoqꝫ sordidus extat. Flos robur est lutus humida terra lutum.

Machina **Machina res pugni/rota machina/machina forma.**
Machina res queuis quā facit ingenij vis.

¶ Expedito illo capitulo siue illa parte in qua tractauit autor de nominib⁹ equiuocis ab L incipientibus: hic tractare intendit de equiuocis inchoanti= bus ab ista littera M/que proximo sequitur L. ¶ Ponit ergo primo equiuo cationem in isto nomine hec machina machine. qđ habet quatuor significa= tiones. Nam machina est instrumentū bellicū per quod proijciūtur grādes lapides in hostes quod ꝛ alio noīe vocatur ingenium (anglice siue gallice an engyne.) ¶ Itē machina est quedam rota versatilis sup qualē ponebatur be ata katherina. Et machina. i. forma. Unde machina mundi. i. forma mundi. ¶ Itē machina potest dici quelibet res que ingeniose cōfingunt. ¶ Cōstrue Machina est res pugni. i. belli videlicet mirabilis balista. id est ingenium de quo supra exponitur. Et machina est forma. Et machina est queuis. i. queli= bet res: quāuis. i. subtilitas ingenij. id est sensus humani fecerit.

Macula. **Dic maculas tabes/maculasqꝫ foramina retis.**

Necnon lorice maculas nos dicimus inde.

¶ Autor ponit equiuocationē in ista dictiōe hec macula/le. que habet duas significatiōes. Nam macula .i. tabies (a spotte) Vñ Ouidius. Succincta fere trum maculose tegmine lincis. Et macula est foramen retis. Unde idem. Retia cū potui maculis distincta texendi/maculis .i. foraminibus. ¶ Construe. Dic maculas esse idem qđ tabes: et dic maculas esse foramina retis ⁊c̄.

Gratia vindicta cetus membrumqꝫ potestas — Manus
Dextra sinistra manus/manus est quod in arma vocamus.
Munio cum maneo vel sit manin eius origo.

¶ hic docet autor qꝫ manus habet plures sigtiones. Nā manꝰ .i. grā. Ut omnia contingebant illis in manu dñi .i. in grā dei. Et manus .i. vindicta. Ut ibi. Cū sit nemo qui de manu tua possit eruere .i. de vindicta tua. Et manus .i. cetus armatorū .i. societas. Vñ Lucanus. hec manus occeanum domitū post terra reliquit. hec manus .i. hic cetus vel societas armatorū. Et manus idē est qđ potestas: vt ibi. In manus tuas dñe commēdo spiritū meū .i. in potestates tuas. Et similiter Ouid. An nescis longas regibus esse manus. Et manus dr̄ quoddā membrū corporis humani. illud videlicet quo ori cibum ministramus/facimus ⁊ dispensamus oīa damus et optamus ⁊ accipimus (anglice a hande) Et manus dr̄ exercitus (anglice an oste of men) et tūc deriuat manus/de maneo/es. quia manet in bello et nō fugit. Sed manus pro membro dicitur de munio/is. qꝛ munit .i. defendit corpus. Sed pro grā dr̄ de manin grece qđ est bonū latine. et hoc fm̄ aut . . ē istū. Scđm hugui. manꝰ dicit de hoc munus/eris. ¶ Cōstrue. Manus est gratia et vindicta et cetus ⁊ potestas. qꝫ pro et/et manus est membrū corporis hominis: et est potestas: et manus dextra et sinistra. Et manus est illud scꝫ exercitus qđ vocamꝰ in arma cōtra hostes. Munio/nis. munini/ire .i. defendo. cū maneo/es. mā∫i. ere. vel manin grece qđ est bonū latine: sit eius origo scꝫ manus.

Uincla manus manicas/manicas quoqꝫ dicito ve- — Manica.
stes.

¶ hic autor docet qꝫ hec manica/ce. hꝫ duas sigtiones. Nam manica est vinculum ferreum quo manus ligātur vt ibi. Ad alligādos reges eorū in cōpedibus ⁊ nobiles eorū in manicis ferreis. Itē manica est illa ꝑs vestis q̄ tegit brachiū vsqꝫ ad manus: vt ibi. Pro manica fracta manꝰ est michi sepe retracta (anglice a sl vue.) ¶ Construe. Dicito .i. dic manicas esse vincla manus .i. manuū: quoqꝫ ꝑ ⁊: ⁊ dicito manicas esse vestes .i. ꝑtes vestis q̄ tegūt brachia.

Pars maniplꝰ garbe maniplꝰ quoqꝫ clava cliēsqꝫ — Maniplꝰ
Est merges maniplus sic a manus ⁊ plico dictus
Ferreus est maniplus/sed non mutatur origo.

Sed ratio quoniam circa leuam replicatur
Est cliens dictus alia ratione maniplus
Namq; manu bello mittere pila solet.

¶ Hic docet autor equiuocationē in hoc nomine maniplus ꝑ manipul⁹ per syncopam et etiā causa metri. Et hꝫ tres significatiōes. Nā manipul⁹ est tātum garbe siue amone quantum manus capere potest (anglice a grepe or a hand full) Et secundū illam significationē cōponitur de hec manus/us.ui. et plico/as. quia plicatur in manu. Et manipulus.i. clava ferrea cū qua pugnatur in duello (anglice a mace) et similiter dr̄ vel cōponitur de manus ꝛ plico. Et manipulus est cliens bellator: sed tunc componitur manipulus de man⁹ et hoc pilū pili. Et sunt pila arma quib⁹ romani pugnabāt. Et dicitur manipulus quia gerit arma.i. illa arma quibus romani tūc vtebantur in manib⁹ vel tela: vel quia mittit ea cum manu. Hugu. dicit ꝙ manipulus dicitur societas ducentorū militum. Unā Lucanus. Conuocat armatos exemplo ad arma maniplos. per syncopam. Item manipulus dicitur ornamētum manus sacerdotis. Et dicit manipulus secundū Hugu. ab hec manus/us.ui. ¶ Cōstrue. Manipulus est pars garbe: quia plures manipuli faciunt garbam: ꝗ pro et: et manipulus est clava. scꝫ ferrea cum qua pugnatur: et manipul⁹ est cliens. scꝫ armatus cum pilis.i. telis. ¶ Est merges ꝛc̄. (anglice a sheef.) Hic autor iterat qd̄ superius dixit subiungens diuersam deriuationē illius nōis manipulus ſm diuersam illius sig̃tionem. Dicēs manipulus est merges. id est pars margitꝫ.i. garbe sic dictus a manus ꝛ plico/as. Et manipul⁹ est ferreus.i. ferrea clava. Sed origo deriuationis eius nō mutat: qr̄ dr̄ de manus et plico/as: Sed ratio sue deriuationis mutat: qm̄ replicatur circa leuā.i. replicat in sinistra ꝑte hōis.i. in leuo latere.i. sinistro: vt possit eum recipe cū necesse fuerit: qr̄ pro manipulus est dictus.i. vocatur cliens alia ratione scꝫ deriuationis: nāq; pro quia. quia solet mittere cum manu pila.i. tela in bello.

Mena.ne Menam dic piscem bulteum nomine menam.

¶ Autor ponit equiuocationē in hoc nōie mena/ne. qd̄ hꝫ duas sig̃tiōes. Nā mena est quidam piscis (anglice a penke or a menw) Sic dictus a mena grece qd̄ est luna latine: qr̄ ſm incremētum et decrementū lune singulis mensibus crescit et decrescit. Itē mena fuit ꝓpriū nomen cuiusdā nōis ꝗ alio nōie vocabatur vulteus: et sic patet ꝙ fuit binomis.i. habēs bina nōia.i. duo nomina. ¶ Cōstrue. Dic menam esse piscem: et dic menā esse vulteū nomine scꝫ alio. Hec mena mene. pro pisce. Hic mena/ne. pro proprio nomine.

Merges. Est merges volucris et merges garba vocatur.

Gelima/e
Garba/e.

¶ Autor hic docet ꝙ merges habet duas significatiōes. Primo quidem est quedam auis aquatica ab assiduitate mergendi sic dicta (anglice a douker) et deriuatur a mergo/gis. qr̄ freq̄ntēr se mergit in aqua. Et merges est idē qd̄ garba: que alio nōie gelima dr̄ a genu et ligo et manu: qr̄ cū manu superposito genu ligatur. ꝛ dr̄ merges/tis. a mergo/gis. quia ligatus mergitur in terra.i. proiicitur de manu ad terrā. Unā hec merga/merge. id est furca qua merga leuatur ad currum (anglice a pycforke)

¶ Nota q merges tam pro garba q pro volucre facit mergitis in genitiuo penultima correpta. Unde errauit Grecismus dicens. Merges dicatur mergetis garba vocatur. Inuenitur hic tamē mergus/gi. pro eadem aue. et hoc mergus/oris. pro situla (a bucket) quia mergitur in fonte cum haurit aqua Unde versus. Est hic mergus auis si mergi sit genitiuus. Merges prebet iris pro garba mergaqꝫ furca. Dicatur situla cuꝫ mergere noscitur apta. Merges mergetis vel est vt fere sciens. Utrosq mari datur in mergine garba notatur.

Mil milliū mille: sunt pondera milia leuce
Milia plurale: nomen tibi sit numerale

Millium.
Milium.

¶ Hic ponit autor differentiam inter hoc milliū/lij. et hec milia/liū. in plurali numero. Et equiuocationē ponit in milia. Dicēs q hoc miliū/lij. est quoddam granū quod gallice mil vocatur. Et dr milliū a mille: qr de vno grano seminato milia grana surgent. Uel millium fm quosdam dr granū salis. Sed milia sunt quedam pondera ti. Unn Hora. Si quadringētis sex septem milia desunt. ¶ Et milia sūt miliaria que apud gallicos leuce/apud grecos stadia dicūtur. Et q milia sunt eadem que miliaria patet per Ouidiū de remedijs. Nec quot transieris: sed quot tibi quere supersunt milia. i. miliaria. Et milia est nomen numerale. et dr de mille. et declinatur pluraliter hec milia milium. milibus/hec milia/o milia/a milibus: neutri generis. Tamē iungitur immediate intransitiue cū masculino feminino et neutro. Ut milia viri/milia mulieres/milia animalia. ¶ Nota q mille scribitur per duo ll in singulari: et milia/milium in plurali nisi per vnum l/et producit primam syllabam. Sed hoc milium/lij. pro grano corripit primam. vt patet. ¶ Construe. Millium latine est mil gallice. et exponit latinum per gallicum. Milia sunt quedam pondera/et milia sunt leuce: et hoc nomen plurale milia sit tibi nomē numerale.

Est vt credo mitos filum: vel fabula mitos
A mitos examitum/de mitos mitologia
Hoc tamen euita ne te fallat calamita.

Mitis.
Examitū
calamita.

¶ Autor hic docet equiuocationē in hoc nomine mitos. Et est differentia inter mitos cuius prior corripitur: et mitos cuius prior producitur. Nam mitos grece prima correpta est filū latine. Unn examitū quod est vestis sacerdotalis. Sed mitos prima producta est fabula. et est grecū. Uel dicitur hic mitus/ti. latine. id est fabula iocosa et relatu dulcis. Unde Marcianus Capella. Nūc ergo mitos inferat atqꝫ mitos. Uel mitos componitur cū logos quod est sermo. et dicitur mitologia/gie. i. sermo fabulosus. Item mitos grece priori producta: dicitur etiam gutta latine. Et cōponitur cū cala quod est bonū: et dicitur calamita/te. Et est calamita genus electuarij: quod alio nomine storax. et dicitur calamitā. i. bona gutta. Mitos pro gutta componitur cū polis quod est pluralitas. et dicitur polimitus/a. um. Inde dicitur vestis polimita scꝫ plures habens colores. ¶ Construe. Mitos vt credo est filum: vel mitos est fabula. Examituꝫ venit a mitos cuius prior corripitur: et mitologia venit de mitos cuius prior producitur. Tn o lector euita. i. caue ne calamita fallat. i. decipiat te. Nam mitos grece sonat gutta latine. et hinc calamita. i. vestis polimita dr. Item nota q hic et hec calamita/te. dr scriptor et tunc componitur de calo/las. qd est pono/is. et mitos gutta: qr ponit guttā incausti in calamo

37

Modus. **Maneries mensura/modus/finisq; metrumq;.**

¶ Docet hic autor q hic modus/di. equiuocatur ad quatuor. Modus. id est maneries: vt serua modum. i. maneriē. Sic ibi. Est modus in rebus. ꝛc. versus horatij. ¶ Et modus est mensura: vt hic modus/dij. Et continet modus viginti duos sextarios. ¶ Et modus. i. terminus vel finis. vt non modū egredi rationis. id est finem vel terminum rationis. ¶ Et modus. id est metrum. Unde Boetius de consolatione philosophie in primo. Flebiles heu mestos cogor inire modos. i. tristicia metra et dolorosa.

Molaris **Dic lapides magnos: dentes dic esse molares.**

¶ Hic autor docet q hic molaris habet tres significationes. Nam molaris est magnus lapis ad modū mole (anglice a mylstone) Et molaris est dens maxillaris: q: cibū cū illis dentibus quasi mola molimus. Un̄ alius versus. Dēs maxillaris: magnus lapis esto molaris. ¶ Cōstrue. O tu lector dic molares esse magnos lapides: ꝛ dic molares esse dētes scz maxillares. Et sunt maxillares dētes qui situantur in maxilla a retro. hec maxilla/le. (anglice a cheke.)

mometū. **Momentum motus hore pars est quoq; pondus**

¶ Hic autor dicit q hoc nomē momētū/ti. habet tres significationes. Nā momentum. i. motus. Un̄ Persius. Momēto tpe exit. ꝛc. Et momentū est pars hore (anglice a stounde or a whyle) et ibi. Non est vestrum nosce momenta que pater posuit in sua potestate. Et est momentū quadragesima pars hore: q: hora continet quadraginta momenta. Et momentū est pondus videlicet dimidia vncia. Et dicit Isidorus. Et dicitur momentum de moueo/es.

Moneta. **Dico iunonem: dicoq; numisma moneta.**

¶ Hic docet autor q hec moneta/te. equiuocat ad duo. Primo. i. numisma/tis. i. pecunia. Et dr̄ de moneo/es. q: monet ne qua fraus sit in metallo vel pōdere. vt hic. Henrici leta non est mens absq; moneta. Moneta dicta est Juno dea: q: monuit romanos per anserem ne ciuitas illorum ab hostibus caperetur: vt in cronicis romanorum legitur.

Monimē **Est monimē scriptū: monumentū dico sepulchrū.**

¶ Hic ponit differentiā inter hoc monimē/inis. ꝛ hoc monumentum/ti. Hoc monimē est scriptū vel cyrographus quo quis alteri obligatur ꝑ debito vel alia ꝯditione quacūq; (anglice an endenture.) Sed monumētū est sepulchrū mortuoꝝ: q: moueat mētes viuoꝝ ad memoriā defunctorū. Itē monimē et monumentū ꝑ quod aliqd monem⁹: vel nobis reducitur ad memoriā. Unde hystorie dicuntur monumenta: q: ad preterita nos monēt: ꝛ ad memoriā reducunt: et etiā iudicia amoris scz que nobis relinquuntur in signū et memoriam amoris dicuntur monumenta. Et dicitur de moneo/es.

Mundus **Est firmamentū mundus: q: mundus extat.**

Johannis de garlandia.

Mundus hō minor est et mūdi machina mundus

¶ Hic docet autor ꝙ mundus habet tres significationes. Mundus aliquando sumitur pro superiori et digniori parte mundi scȝ pro firmamento ppter excellentiā que precipue est in motu. Uel quia precipue mundū et purū.i.nichil fecis habens vel grauitatis. ¶ Item mundus aliquando dr homo mycrocosmus.i.minor mundus. ¶ Item dicitur archetypus mundus.i.mundus sensibilis formabilis et mentalis. ¶ Item mundus dicitur vniuersitas creaturarū scȝ illud qđ constat ex quatuor elementis in modū sphere globatis. Et dr sic: qr semper est in motu. ¶ Mundi etiam noīe mundi amatores designantur. Uñ. Mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit. Mundus in primo loco positus designat hunc mūdum. In secūdo loco designat amatores mūdi. Et dicitur mundus a moueo/ues. quia semper est in motu. ¶ Construe. Mundus est firmamentum: quia illud extat mundus.i.valde mundū et purum.et mundus minor est homo.et mundus est machina istius mundi.

In speculo specto cupio stupeo quoqȝ laudo Miror
Hoc verbum miror tot notat notat equiuoce
Uel sic quattuor ista notat.

¶ Hic docet autor ꝙ hoc verbum deponēs miror/aris.habet quatuor significatiōes.nā mirari.i.pspicere in speculo.vt ego bibi vinū ita clarū in quo ꝗs potuit se mirari.i.pspicere. ¶ Itē mirari.idē est quod cupere: vt ibi. Ad quid miraberis qđ habere non possis/miraberis.i.cupies. ¶ Et mirari.i.stupere/ pro miro habere(to wounder) vt ibi. Miror ⁊c. miror quod iter ducis.⁊c̄. Et mirari.i.laudare. Unde Horati⁹. Tyros mirare colores.i.lauda purpureos colores. ¶ Item significatio huius verbi miror/aris.per istos versus sequentes habetur. Miratur speculans: miratur nostra pauescens. Miratur cupiēs miratur singula laudans. ¶ Cōstrue. Hoc verbum miror notat quatuor ista In speculo specto.⁊c̄.

Misceo cum varias res vnio cumqȝ propino Misceo.

¶ Hic docet autor ꝙ misceo/es.miscui/ere.mixtū/tu. idē est qđ vnire res diuersas adinucē per mixturā(anglice to myngle) ¶ Et miscere.i.ppinare vel prebere. Uñ Theodolus. Hausit eo cunctis miscēdo pocula mortis.miscendo.i.ppinando vel prebēdo. ¶ Construe. Ego tūc misceo cū vnio.i.colligo in vnū varias res/et ego misceo cū propino vinum vel potum. ¶ Misceo.i.propino vinum est neutrū.secundum aliam significationē est actiuum.

Te moror apprecians/ moror hic/ moror hos/ moror a te. Moror
Actiuum neutrum sic est communeqȝ verbum.

¶ Autor dicit ꝙ moror/aris.aliquando idem est quod appreciari/laudare/ vt moror te.i.laudo te.et tunc ponit actiue.id est transitiue. ¶ Et moror ponitur aliquando absolute p consistere vel morā facere. Morari aliquando est impedire

Manus in anticlaus. Non illis largit opes qr sepe potestisi. Exercat animos seu maiestas honore. Inclinant minuunt leges et iura morant .i. impediunt. ¶ Moror in passiu a fictione sumit: vt moror a te .i. impedior a te: z sic est verbum commune. ¶ Construe. Ego apprecians .id est laudans moror: et ego moror hic .i. maneo vel consisto hic: et ego moro .id est detineo vel tardo vel impedio hos: et ego moror a te .i. impedior a te. Et sic cum dicit moror te est actiuum transitiuu. Et cu dico moror hic est neutrum absolutu. Et sic est comune quando dico moror cum illo moror hos: et moror a te.

Musso. Murmurat et dubitat: hec duo musso signat.

¶ hic docet autor q mussare est murmurare. Galterus in alexandrei. Mussat tota cohors .i. murmurat. ¶ Et idem est quod dubitare. Virgi. Stat pecus omne mutum mussantq iuuence. mussant .id est dubitant. ¶ Construe. hoc verbum musso sonat .id est significat hec duo scz murmurat et dubitat.

Minime. Est minime quod non significatq parum

¶ hic autor docet q hoc aduerbium minime aliqn idem est quod no: vt hic Johannem citatum coram nobis qui minime comparere curauit denunciamus contumacem. minime .i. non. ¶ Minime .i. parum / valde modicum. Et est aduerbium a nomine minimus / a. um. vt iste comedit minime isto die .id est valde parum. ¶ Construe. Minime id est significat quod non: q pro et / et minime significat parum scz id quod parum.

Nequam Nequam peruersus: et nequam luxuriosus

¶ Finito capitulo de littera M / hic incipit capitulu de N / littera. Et primo ponit equiuocationem in hoc nomine hic hec hoc nequam quod habet duas significationes. Primo .i. peruersus / a. um. vt ibi. Es niger nequam dictus cognomine nequam. Nigrior esse potes nequior esse nequis. Istos versus fecit de magistro Alexandro nequam. ¶ Item nequam .id est luxuriosus / a. um. vt hec mulier est nequam .id est luxuriosa.

Nequitia Nequiciam facinus luxuriamq voco.

¶ Autor dicit q nequitia / tie .i. facinus (wyckednesse or cursydnes) vt iste accusatur nequitie quam commisit. ¶ Nequitia .i. luxuria: vt Ouidius. Nequicia est que te non sinit esse senem .id est luxuria.

Nepos. Cognatum pariter nebulonem dico nepotem
Hic est a nepa de natus post venit ille.

¶ hic docet autor q nepos habet duas significationes. Primo .i. cognatus meus scz filius filij mei: et tuc dr nepos quasi post natus. ¶ Et nepos quasi nebulo vel leccator .i. gluto: et tunc nepos dr de hec nepa nepe genus serpentis est moriens in pariendo. Et dr nepa quasi nece pariens: alio noie vipera .i. vi pariens. Unde. Conceptos morte parit equa vipera sorte. ¶ Costrue. Dico

nepotē esse cognatū scȝ meū: et dico pariter nepotē esse nebulonē. hic nepos ꝓ nebulone dr ab isto noie hec nepa: ⁊ ille.s.nepos ꝓ cognato venit de nat⁹.

Nisus auis/nisus conamen/rex quoqȝ nisus. Rex et auis per si: conamen in us genitiuat Nisus si.

¶ Hic docet autor ꝙ hoc nomē nisus habet tres sigñtiones. Primo.i.auis queda alio noie alietus (anglice a sparhawke.) Nisus.i.conamē vel conatus. Uñ in hymno dr. Nisibus hic totis canimus dulciter hymnos.nisibus.i.conatib⁹ Nisus fuit propriū nomē regis cuiusdā q̄ in auē sui nois ꝑm fabulas imitabatur interpretationem. Sed nisus pro ꝓprio noie et ꝓ aue declinaꝶ hic nisus nisi secūde. Sed nisus ꝓ conamine vel conatu declinaꝶ hic nisus/us.ui.quarte. Et hoc est qđ dicit. Rex et auis per si.i.nisus qñ est rex.i.nomen regis. Uel quando est auis tunc genitiuat.i.facit gtm̄ ger si. vt nisus nisi. Conamē.i.qñ nisus est conamen genitiuat in us.vt nisus/nisus.

Est nota noticia/nota signum/littera labes Nota nota nota titulus distinctio probrum. Nota/ te.

¶ Autor docet hic ꝙ hec dictio nota/te. habet plures sigñtiōes. Nam nota.i. noticia: qꝛ per aliquā notā aliquē cognoscimus. Et nota.i.signū per qđ quis notat.et illa signa que cantores faciūt in libris dicūtur note: qꝛ per illa signa noscunt quō cantent. Et nota.i.littera. Nota.i.culpa vel labes: vt iste habet notam in facie.i.labē (anglice a spotte) Et nota.i.titulus laudis vel dignitatis: vt iste est notabilis. Uel nota.i.titulus qualis scribitur in libris cātorum vel cantatorum. Et nota.i.distinctio.et id .e. signum vt supra dixi. Et est probrum.i.labes. ¶ Construe. Nota est noticia: et nota est signū et nota est littera et nota est labes.⁊c̄. ¶ Nota nota.⁊c̄. Istum versum de isto libro non credo: qꝛ sententia est eadē cū priori versu.et quia defectiuus est in metro: quia nota ibi producit priorē syllabam: et sic debet construi. Nota est titulus/no= est distinctio/nota est probrum.id est labes vel opprobrium.

Est noto notifico/noto scribo/noto reprehendo. Noto tas

¶ Autor ponit equiuocationē in isto verbo noto/as.are. frequētatiuo de nosco/cis.formato ab vltimo supino.s.notu u in o fit noto/as. Et ꝗuis notū/tu. ꝓducit hanc syllabā no/tñ noto/as.corripit eam semꝑ. Et notare.i.notificare: vt notabo tibi hāc rē. Et notare.i.scribere. Et notare.i.reprehendere. Et idē est quod demōstrare/sigñre/designare/frequēter noscere ꝑm hugu.

Noxa notat culpam nocumentū sic quoqȝ morbū. Hinc gerenoxa venit epyaltes sunt quoqȝ noxe Noxa/ xe

¶ Hic autor ponit equiuocationē in isto noie hec noxa/xe. quod idē est quod culpa. Unde noxus/a.um.i.noxius/culpabilis/malus. Nota.i.nocumētū: vt iste fecit michi noxam.i.nocumentū. Et noxa est quidam morbus. Unde hec gerenoxa.i.infirmitas in cerebro. Et quidam dicunt ꝙ est epilentia. Et dr de hydera quod est sacer quasi sacra noxa.i.sacer morb⁹: quia est in sacra parte

corporis scz in capite. Nora.id est epyaltes vel epyalta. id est supra premēs sed vere vanitas est (the nyght mare)

Nudus Nudus sum pauper: nudus sum vestibus expers
Nudis incomptis incedit virgo capillis.

¶ hic docet autor ꝙ nudus/a.um. habet tres significatiões. Nam nudus.id est pauper. Juuenalis. Inquisitores egerent cum remige nudo.id est paupere. ¶ Et nudus.i.expers vestibus scz qui nullas habet vestes. Unde Catho. Infantem nudum ꝛc. ¶ Nudus.i.incomptus.vt crines tui sunt nudi.i.incompti (angl. vnkemed) ¶ Construe. Ego pauper sum nudus: ꝛ ego expers vestibus sum nudus: et virgo.id est puella/ incedit.id est vadit/nudis capillis. id est incomptis/inornatis/impexis capillis.

Numer⁹ Est numerus metrum modulus distinctio talus

¶ hic dicit autor ꝙ hoc nomē nūer⁹/ri.hꝫ quatuor sigtiones. Nā nūer⁹.i.metrū. Virg. Nūeros memini si ꝟba tenerē.numeros.i.metra. ¶ Et nūer⁹.i.modulus.i.modulatio sonora in musica ꝑ arsim ꝛ thesim.i.deprecationē ꝛ eleuationē. ¶ Et nūer⁹ est distinctio. Boe. Qui nūeris elemēta ligas.i.distinctionibus. ¶ Et numer⁹ est talus.id est decius. Ouidius. Seu iubit numerosq; manu iactabat eburnos.numeros eburnos.i.decios factos de ebore.

Ne. Causatur prohibet ne disiungit vetꝫ iurat
Querit confirmat sign ans etiam neqꝫ nedum.

¶ Dicit autor ꝙ hec dictio ne pluri⁹ modis accipit. Primo causat.i.cōiunctio causalis. Et aliqñ ꝓhibet.i.aduerbiū ꝓhibendi: vt ne loquaris malū. Et aliqñ disiūgit.i.ponit diffinitiue ꝛ iuratiue: vt iubeo ꝛ adiuro te ne facias hec Et aliqñ querit.i.ponit in orōne interrogatiue: vt hic. Est ne malus q̄ me ledere sepe solet. Aliqñ cōfirmat: vt ego volo ne istud peccatū infringat. Et ne etiā sigt idē qd neqꝫ. Vñ Ouidi. Ne mea sarmaticū contegat ossa solū. Aliqñ ponitur ꝓ neduꝫ. Et ne ponitur ꝓ neqꝫ. Et ne solet significare id quod non.i. solet poni loco nō. vt Claudianus de raptu proserpine. Ne pote firmatas leges dissoluere pacis. ¶ Construe. Ista dictio ne causatur.i.aliqñ.est ꝯiunctio causalis: vel ponit in orōne causali. Et ne ꝓhibet.i.est aduerbiū ꝓhibendi: vt ponit in orōne ꝓhibitiua. Et ne disiungit.i.aliqñ est ꝯiunctio disiunctiua seu diffinitiua: vel pro et iurat.i.ponit in orōne iuratiua: querit.i.ponit in oratione quesitiua.i.interrogatiua. et tunc ne semꝑ corripit. ꝛ in aliis ꝓducitur: vt ibi. Est ne bonus qui se ne peccet seruat ab omni. Materia qua fit impi⁹ omnis amans. Et ne confirmat.i.ponitur in orōne cōfirmatiua. Etiam ne est significans neqꝫ. Et ne.i.nedum: quia ne solet significare non.

Oda. Oda fit equiuoce cantus via laus hominumqꝫ
Hinc ode methodus odysseas: synodusqꝫ.

¶ Finita illa parte in qua autor tractauit de equiuocis incipientibus ab n/ hic tractat de equiuocis incipiētibus ab o littera. Et primo agit de equiuo=

catione istius dictionis hec oda ode que habet tres significationes. Nã oda id est cantus. et ptz qr liber vnus horatij intitulatur in odis. id est cantibus. ¶ Item oda. id est via quasi via ex transuerso ducta. et hoc pbatur per istud nomen methodus quod componitur a metha quod est trãs et oda quod est via ex transuerso ducta. ¶ Et est methodus compendiosa vie directio p quã vitat viarũ obliquitas (anglice a path.) Unde dyaletica dicit methodus: qr ad omniũ methodo℞ pncipia viã habet. Sola enim dyalectica probabiliter disputat de principijs olm artiũ. Et est methodus / di. feminini generis. ¶ Itẽ odisseas probat q̃ oda sit via. Et est odisseas liber factus de errore Ulixis in via postq̃ reuersus est de troia capta. Errauit eni per decenniũ ⁊ multis tribulationibus fatigatus tandẽ peruenit ad patriã. et inde cõponitur vnus liber de errore Ulixis q̃ intitulat odisseas in quo continẽtur ode. i. laudes vel vie Ulixis. ¶ Et synodus probat q̃ oda est cantus. Nam synodus componitur de syn quod est con / ⁊ oda qđ est cãtus vel laudes. Et est synodus conuentus vel cetus vel ꝯgregatio presbytero℞. et proprie senũ ad collaudandum deum. Et est feminini generis et corripit penultimã. Unde quidã ait. Sepius a synodo redeunt burse sine nodo. ¶ Construe. hec dictio oda fit equiuoce. i. equa voce cãtus / via / et laus hoim. hinc. i. de oda deriuãtur ode odarũ. i. cãtus. Et methodus id est via breuis et recta. odisseas. i. liber in quo cõtinent ode scz vlixis. q̃ pro et / et synodus. id est congregatio clericorum.

Officium introitus / documentum / seruiciumq̃ — Officiu3.

¶ hic autor docet q̃ hoc nomẽ officiũ habet tres sigtiones. Nã idẽ est quod introitus misse. Uñ Salue scta pares dr officiũ ꝟginis. Et officiũ. i. beneficiũ vel benefactũ: ⁊ est melior littera q̃ documentũ. Itẽ officiũ. i. seruitiũ vel ministerium. Unde incumbit officio sacerdotali celebrare diuina. Et dr officiu3 de officio / cis. i. noceo / ces. per contrarium. quia nemini officit. i. nocet.

Est occasio casus / et est occasio causa. — Occasio

¶ hic autor docet q̃ occasio / onis. habet duas significationes. Nam occasio id est casus vel fortuna (anglice a chaunce) Uñ Catho. Fronte capillata post hec occasio calua. ¶ Et occasio. i. causa. vt ibi. Occasionem querit qui vult recedere ab amico (anglice an occasion.) ¶ Item preter hec occasio. id est facultas copia / potestas / conditio / tempus / locus.

Est nomen montis / est celi nomen olympus. — Olymp⁹.

¶ Docet hic autor q̃ olympus habet duas significationes. Primo est mons mire altitudinis in grecia. Uñ Ouidius in metha. Tũc pater oĩps missu3 perfregit olympum. ⁊ hic instituit fieri sub virtute montis olympi. ¶ Olympus id est supremũ celum. Unde Uirgilius in eneidos. Panditur interius domus omnipotentis olympi. id est supremi celi. Et dicitur ab olom quod est totum et lampas quasi totus ardens luce diuina et in amore dei.

Fixum nomen erit h si precesserit hortus — Hortus
H si tallatur tunc fixum mobile fiet. — Ortus

40

¶ hic est equiuocatio in ista dictione ortus. Et est differentia secundum istum autorem inter hortus scriptũ per h/ & ortus sine h. Tñ alij boni doctores volũt q̃ nũq̃ ortus scribatur cũ h pro quacũq̃ significatione. Quapropter istos versus ab autore non estimo esse cõpositos: sed ab aliquo insertos. Quicq̃d tñ sit versus exponã. Dicit enĩ q̃ hortus cũ h est nomẽ substantiuũ (anglice a gardyn) Et ortus sine h est participiũ de orior oriris vel oreris. et est idẽ q̃d nat⁹/a. ũ. Sed procul dubio ortus semper scribitur sine h. & declinatur hic ortus/ti. & dr̃ ab orior/oriris. vel eris. q: semper ibi aliq̃d oritur & nunq̃ est sine fructu. Vñ hic ortulus/li. diminutiuum. Unde Ouidius. Ortulus iste breuis mitia poma gerit. Et inde hic ortulo/onis. hic ortulanus/lani. ambo pro custode orti. (anglice a gardyner.) ¶ Item habetur pro ortus/tus. tui. i. natiuitas vel prima surrectio alicuius rei: vt ortus solis. id est natiuitas vel surrectio vel prima apparitio solis in mane. ¶ hortus/a. um. id est ortus/a. um.

Ocillum. Ocillum dicos minimum: funis quoq̃ ludum
Quo se de more portant per inane puelle.

¶ hic docet autor q̃ ocillum est diminutiuũ de os/oris. i. paruũ os (anglice a lytell mouth) Et componitur de hoc os/oris. et cilleo/les. cillui/cillere. i. mouere: et tũc ocillũ est genus ludi. i. cũ fune suspẽso super trabẽ laqueato: in quo funere laqueato pueri vel puelle in sedẽtes hinc & illuc impellunt. Et inde dictum est ocillum. q: in ora astantiũ ad risum moueãt. Vel q: solebant impelli in ora transeuntiũ: et iste vocatur anglice (a totre (or a rydynge rope.) ¶ Construe. O lector dic ocillum scz esse minimum os. i. paruũ os. quoq̃ pro et/et dic ocillum esse ludũ funis. i. chorde. quo. i. vbi vel in quo puelle portant se de more. i. secundum consuetudinem per inane. id est aerem: quia aer dicitur inanis. id est vacuus: quia sub ..is est.

Oro oras Oro dum causor: idem dum deprecor oro
Orator seruat hos ac oratio sensus.

¶ hic docet autor q̃ oro/as. habet duas significatiões. Nam orari. i. causari. Et est causari agere causam corã iudice vel placitari (to pleate) ¶ Item orare id est deprecari. ¶ Nota q̃n ora signt causari tũc deriuatur ab eo orator/oris. i. causator placitator (a plyder) Unde Maximianus. Orator toto clarus in orbe fui. orator. i. causator. ¶ Et oro q̃n idẽ est quod deprecari tunc deriuatur ab eo hec oratio/onis. ¶ Cõstrue. Ego oro dũ causor. i. placito: vel dum ago causam coram iudice. et ego idem oro dũ deprecor. id est supplico. Orator ac oratio illa duo nomina que deriuãtur ab oro/oras. seruant sensus. id est significationes illas quas et oro seruat.

Oraculũ. Sunt oracula diuinacula: sunt quoq̃ templa
Et quandoq̃ tamen oracula somnia dicas.

¶ hic docet autor q̃ hoc oraculum habet tres significationes. Nã oraculũ. id est responsum diuinũ. Unde Ouidius. Sua fallunt oracula. Et oraculum est locus vbi datur oratio et accipitur oraculũ sic et est templũ. Itẽ oraculũ est somniũ vel dictum misticum. vt somnium (a redle) ¶ Construe. Oracula sunt

diuinacula.id est responsa diuina. quoqꝫ pro et:et oracula sunt templa in quibus dantur et accipiũtur oracula:et tamen dicas oracula esse somnia.

Oras mundus habet/nox horas/et clamis oras. Hora hore

¶ hic ponitur equiuocatio in ista dictione hec hora/hore. et potest esse differentia inter hora scriptum per h/et ora sine h. hora per h/est vicesima quarta pars vnius diei naturalis. Et est spacium in quo medietas alicuius signi oritur in oriente. Inde hec horula/le.diminutiuũ. Et horus/ri.appollo qui primo horas inuenit. ¶ Et hec ora ore sine h/est extremitas regionũ vel finium vel vestium. Unde hoc orariũ/rij. limbus qui apponitur ore.i.mergini vel extremitati alicuius vestimẽti causa ornatus(anglice a seme) ¶ Cõstrue Mundus habet oras.id est prouincias vel regiones vel fines:nox habet horas. Et clamis.i.mantellus habet oras.i.limbos vel extremitates. ¶ Et nota alios versus. Aspirans horã tempus tibi significabit. Si non aspiras limbum dabit et regionem.

Obuiat/alloquitur/moritur/circundat obire. Obeo/is.

¶ Docet hic autor ꝙ hoc verbũ obeo/is.habet quatuor significatiões. Nam obire.i.obuiare.et tũc cõponitur de ob qđ est cõtra et eo/is/ire.quasi contra ire. ¶ Et obire est alloqui. Et obire.i.mori:vt bonorũ hoim. Et obire.i.circũdare vel circuire:et tunc đr de ob quod est circum et eo.

Oblitus infectus/oblitus seu viciatus Oblitus oblitus/hic immen.or/hic viciatus Hinc obliuiscor ortum dabit/obliuit illi. Oblitus.

¶ Autor ponit đfam inter oblitus/a.um. media correpta/et oblitus/a.um. media ꝓducta. Oblitus cuius media corripitur est idẽ qđ infectus vel maculatus vel deturpatus (anglice dyed)⁊ est participiũ ꝑteriti tpis a verbo oblino oblinis oblini vel obliui/ire.oblitũ/tu.et cõposita a lino/linis. ¶ Sed oblitus cuius media ꝓducitur(anglice forgetfull)et est participiũ descendẽs a deponẽti verbo obliuiscor/eris.oblitus sum/obliuisci. Et construitur cum gtõ vel actõ Ut oblitus sum lectionis mee.vel lectionem meam.

Occurrit/venit in mentem/simul obuiat istud. Occurro.

¶ hic autor docet ꝙ hoc verbũ occurro/ris.ere.habet duas significationes. Nã occurrere.i.venire in mentem alicui:vt non occurrit michi ꝙ locutus sum tecum. ¶ Et occurrere.i.obuiare: vt Occurrebat ei homo amphoram aque baiulans. Et componitur de ob/et curro/curris/cucurri.neutrali.

Qui ligat intendit/tenet/impedit/occupat ille. occupo as

¶ hic docet autor equiuocationẽ in hoc verbo occupo/as.are.qđ hꝫ duas significatiões. Nam occupare.i.ligare. Ut occupat ora loris. id est ligat. ¶ Et idem est quod tenere:vt ille occupat locum meum.i.tenet. ¶ Et occupare.i.

impedire. vt taliter occupatus sum circa secularia negocia quod nullo modo possum intendere studio litterarum. occupatus. i. impeditus. Sic occupatus sum multis. ¶ Et est intendere.

Horreo. Horret te metuens / horret rubet asper et horrens.

¶ Hic autor docet quod horreo habet quatuor significationes. Primo est timere vt ibi. Ille vir feruentem laboris sui contingere testam horruit. i. timuit vel timuit. ¶ Et horrere. i. rubere quod est esse vel fieri rubeum. vt ibi. horrentes gladiosque tenet. i. rubeos vel rubentes. ¶ Item horrere. i. asperum esse vel fieri. Ut horrentes dumos abies pulcherrima risit. i. asperos dumos. ¶ Et horrere. i. horrens esse. vt horreo cum sum solus in tenebris. ¶ Construe. Aliquis metuens te horret. i. rubet. et asper horret: et aliquis horrens horret. Et coniugatur sic. horreo / res. rui. horrere caret supino: et est neutrum.

O aduerbium. O dolet / exclamat / stupet / indignatur et optat
Horret / et est nomen vocis / et ipse vocat
Littera dicetur nomenque dee retinetur
Sub triplici parte / sic bene stare videtur.

¶ Hic autor docet quot modis ponitur ista littera O. dicens aliquando est signum doloris. vt O miser est vere cui bona nulla manent. ¶ Item o ponitur exclamatiue: vt ibi. O qui perpetua mundum ratione gubernas. ¶ Aliquando est signum stuporis: vt ibi. O a[d]mirabile commertium. ¶ Item aliquando est signum indignationis: et hoc ironice: vt sic. O quam laudabilis es: significando quod non est laudabilis quem alloquitur. ¶ O ponitur optatiue. vt Lucanus. O vtinam summi curnet carchesia mali. vel sic. O vtinam essem talis qualis fuit ille. ¶ O aliquando est signum timoris: vt ibi. O quantum times ipse mori. vel hic. O male vicinis hec menia condita gallis. ¶ O est nomen littere que est vocalis. ¶ O aliquando ponitur vocatiue. vt O iohannes veni huc. ¶ Construe alium versum. Et o est nomen vocis. i. vocalis. et ipsa licet o vocat. i. tenetur vocatiuum. vt O iohannes.

Olim. Milo transpositum portat tria tempora secum
Presens / preteritum / tempus pariterque futurum

¶ Autor docet quod hoc aduerbium olim significat tempus presens. Unde Virgilius At iam olim feras posuit satis viuida frondes. ¶ Olim significat preteritum tempus: vt ibimus olim. ¶ Construe. Milo transpositum. i. olim portat secum tria tempora scilicet presens et preteritum. que pro et. pariter futurum tempus.

Palma. Palma manus / palma arbor / victoria palma
Palma notat laudem / belli victoria finem.

¶ Hic in primordiali siue in priori versu ponitur equiuocatio in hoc nomine hec pal

ma/me. Et in secundo versu ponitur differentia inter palmam et victoriam Primo dicit q palma est manus scilz extensa cui contrarius est pugnus (anglice the palme of the hande.) Et pugnus quando manus est clausa. Unde Ovidius. Ista manus labitur patriisqz dat oscula palmis. Unde hec palmula/le. extremitas remi: quia extensa est ad moduz palme. Et palmula est instrumentum rusticorum cum tribus vel quatuor vel pluribus ramis: qr habet ramos extensos sicut palma. Et hic palmus/palmi. quedam mēsura palme (anglice a spanne) Unde hic palmulus/li. diminutiuum. Item palma est quedam arbor (anglice a palmtree.) Unde Virgilius. Palmaqz vestibulum aut ingens oleaster obumbrat. Fructus illius arboris vocatur dactylus. Palma est victoria. Unde Statius. Frigie pensamus premia palme. Item differentia est inter palmam et victoriam. Palma est laus quam quis consequitur post superationem hostis. Et victoria significat finem belli. ¶ Construe. Palma manus. rc. Palma notat laudem belli: victoria notat finem belli.

Cecus adulator hec duo palpo notat. Palpo

¶ Ponit equiuocationē huius nois hic palpo/onis. Primo. i. cecus. Et dicit a palpo/palpas. quia cecus palpat. Unde hec palpebra/palpebre i. sin⁹ oculorū. Et palpo. i. adulator. Persius. Ius habet ille sui: nomen quoqz palpo. i. adulator. ¶ Construe. Palpo notat. i. significat hec duo. s. cecus qui non potest videre/et adulator qui adulatur et blanditur dicitur palpo.

Nobilis est vestis erratica stella planeta. Planeta.

¶ hic autor docet q hec planeta/planete. habet duas significationes. Primo est quedā vestis lata circa oras. Et dicitur a planos grece qd est error latine: quia oris orantibus euagatur. Et planeta est stella erratica. Unde dicuntur septem planete. Sol. Luna. Mercurius. Mars. Jupiter. Venus. Saturnus. Et dicuntur planete non quia errant in mōtibus suis. sed poti⁹ quia errare non faciunt circa motus eorum. Et i[..]ta q planeta pro veste est feminini gnis. sed pro stella masculini gnis. ¶ Construe. Planeta est vestis nobilis: et planeta est stella erratica. i. errans vel errorem immittens.

Planta pedis pars est et planta virescit in hortis Plāta/te.

¶ hic autor docet q hec planta/plante. habet duas significationes. Primo est pars pedis scilicet palma pars que est sub pede (the sole of the fote) Et dicitur de planus plana planum. vel de plates qd est latitudo: qr lata est. Unde Statius achillis. Feriunt vada tessala plante. Et planta potest dici quelibet que crescit in horto (anglice a plante.)

Pars color informans statuēs pes vestis adornās Subiectiua leo pars progressiua butyrum. Pars.

¶ hic docet autor q pars ponitur pluribus modis. Est pars enim que informat aliquem: vt color vel tinctura dicitur pars panni: quia informat pannū

Et pars eſt ſtatuens: vt pes eſt pars corporis. quia ſtatuit corpus et ſuſtinet Pars eſt illud quod ornat aliquam rem: vt veſtis dicitur pars corporis ⁊ ornat corpus. Et pars ſubiectiua eſt ſicut aliqua ſpecies eſt pars generis: quia ſubijcitur generi. Unde leo eſt ſub animali: et lapis eſt ſub ſubſtantia. Itē eſt pars progreſſiua: vt butyrū vel caſeus eſt pars lactis. ¶ Cōſtrue. Color ſformās ſcʒ pannū eſt pars ſcʒ pāni: et pes ſtatuens ſcʒ ſubſiſtēs vel ſuſtinēs ſcilʒ corpus eſt pars corporis. Et veſtis adornās corpꝰ eſt pars adornatiua corporis. Et leo .i. talis ſpecies eſt pars ſubiectiua .i. ſubiecta generi qđ eſt animal Et butyrū eſt pars ꝓgreſſiua lactis .i. progrediens de lacte.

Parens. Eſt commune parens/patri ſimul et genitrici
Non quia vir pariat/ſed partus eſt quia cauſa

¶ Autor ponit hic ꝙ hoc nomen parēs ſigt̄ equiuoce patrem et matrē; ita ꝙ mater eſt parens: ⁊ pater eſt parēs. Et tn̄ licet pater dicaꝛ parēs: nō ideo parit. ſed quia dat cauſam matri vt pariat puerū. pater eſt parēs pueri. ¶ Conſtrue. hoc nomē parēs eſt cōe patri ſimul et matri .i. genitrici .i. vterqꝫ poteſt vocari parēs. Et eſt parens nō qꝛ pariat .i. poſſit parere: ſed qꝛ eſt cauſa partus .ſ. pueri. Et declinatur hic et hec parens/rentis. et corripit primam.

Pater. Uita natura pater/pater annis dogmate fertur
Eſt pater hic cura: pater eſt alius genitura
Eſt pater etate/pater ille vocatur honore
Ac ſummum regem notat ipſa creatio patrem.

¶ hic docet autor ꝙ pater accipitur multis modis. Nam aliqs dicitꝛ pater a vita. qꝛ talē vitā degit vt hoc no[illegible] merito cenſeaꝛ: vt dn̄s papa/vel dn̄s ep̄s/vel abbas. Un̄ papa cōiter dꝛ pater beatiſſimus. Et ep̄o ſcribitꝛ. Reuerendo in xp̄o patri. ⁊c. Similiter abbati. Uenerabili patri in xp̄o. Itē aliquis dicitꝛ pater a natura puta carnalis: ſicut ille qui generat filios eſt pater filiorꝝ. Aliquis dꝛ pater etate: vt ſenex homo multotiēs vocaꝛ pater. Aliqs dꝛ paꝛ dogmate: ſicut predicator vel curator eccleſie. eſt pater ſpiritualis: qꝛ talis generaꝛ nos filios ſuos in bonis et ſctis moribꝰ ac vite honeſtate. ſic pater carnalis in carne. Dn̄s vocaꝛ pater creatione; qꝛ creauit oīa. Nota verſus Greciſmi. Eſt pater hic cura ⁊c. In quibus eadem eſt ſignificatio q̄ eſt in iſto verſu. Uita natura pater ⁊c̄. Sed magis plane in iſtis verſibus declaratur.

Pecten. Eſt pecten piſcis/plectrum/raſtrumqꝫ chorea
Pectine pectuntur crines/et pectine tele
Denſantur/pecten lanugo dicitur eſſe
Pecten habet lotrix/textrix/cythariſta colonus
Hic pecten pubes/piſcis/et ordo chori.

¶ Autor hic docet equiuocationē istius dictionis hic pecten/inis. Dicens φ habet plures significationes. Nam pecten est quidā piscis (anglice a playce) secundū quosdā. Uñ Horatius. Pectinibus patulis se iactat mole carentum ¶ Et pecten .i. rastrum scʒ instrumentū rusticorū (anglice a rake) Uñ Ouid. Et raro pectine vertit humum. ¶ Et pecten est instrumentū textorū quo iū ctiunt fila in tela (anglice a staye) Claudianus. Pectinis ingenio nunφ feli cior arte/contigit euentus. ¶ Pecten .i. lanugo .i. prima barba (anglice here or doune of a berde) Unde Iuuenalis. Traduntur medicis iuuenes cum pe ctine nigro. ¶ Nota φ pecten semper est masculini generis pro quacunφ si= gnificatione secundum Priscianum/et alios autores. Uñ doctrinale. En da= bit hoc sed ren dabit hic pecten simul et splen. ¶ Construe. Pecten est piscis et pecten est plectrum: et pecten est rastrum id est cultrum seu ferreū instru mentum quo vtuntur agricole fodendo terram. ⁊ pecten est corea. et crines pectentur .i. comūtur pectine (anglice a combe) Et tele .i. (webbes) densantur pectine. Et pecten dr̄ esse lanugo .i. prima barba. ¶ Ibi pecten habet lotrix. ⁊c̄. Autor videt innuere φ pecten pro significationibꝰ in littera positis esset neutri gñis. Sed sine dubio pecten in oībus sig̃tionibꝰ est masculini generis Unde excusemus autorē istū sic exponendo textū. Lotrix .i. illa que lauit ca= pita hoīm: habet pecten .i. pectinem. Et ibi pecten stat materialiter scʒ ntūs pro actō. et causa metri. quia nō potuit stare actūs: ideo posuit ntm̄ materia liter. Et textrix habet pectinē: ⁊ cytharista habet pectinē. ¶ Et pecten/inis. est pubes .i. lanugo: et est piscis/et ordo chori .i. chorea.

Pelignus populus/pelignus pelice natus. Pelignꝰ

¶ Autor hic docet φ pelignus/ni. habet duas significationes. Nā pelignus est quidam populus de quo populo Ouidius fuit natus. et sic est adiectiuū Unde Ouid. Peligni gloria ruris. Et alibi. Unde vetula. Peligni ruris alum= nus ⁊ pelignus. Et pelignus est aliquis natus de pelice. Et pelex est illa que ante vxorem tenetur ab aliquo. ⁊ postea veniente vxore pellitur a domo. Et dicitur de pello/lis. vel de pellicio/pellicis. ¶ Cōstrue. Pelignus est quidam populus/⁊ est aliquis natus de pelice.

Edes/atqʒ deos priuatos/dico penates. Penates.

¶ Hic autor docet φ hi penates pluraliter habet duas significationes. Nā penates .i. edes. Unde Statius. Totosφ penates seu miratur adit. Et pena= tes .i. dij priuati. In qua quidē sig̃tione multotiens inuenit apud Uirgilium et alios poetas ⁊c̄. ¶ Et dicitur penates quasi penes nos nati vt in antiquo tp̄e quisquis habuit deum propriū: et illi dij vocabātur penates.

Corripit obliquos pernix pro pernicioso Pernix.
Sed pro veloci/producitur in genitiuo
A neco sit pernix si pernicis est genitiuus
A nitor pernix pernicis sit genitiuus.

¶ Hic autor docet φ pernix habet duas significatiōes. Primo .i. est pernicio sus/prauus/peruersus/crudelis. et sic deriuat de perneco/as. penul. correpta

43

in glo. ¶ Et pernix .i. velox. et tunc deriuatur de pernitor/eris. penultima producta gtI. Et hoc est qd autor dicit in littera. Et declinat hic hec hoc pernix/nicis. penultima correpta. pro pernicioso hic hec hoc pernix/icis. penultima producta pro veloci. Sed melius dicit Ebrardus in suo grecismo et luculentius et clarius declarat tractans de pernix. dicit q pernix/nicis. penultima producta est idem quod velox: et dr de nitor/eris. Sed pernix/nicis. penultima correpta est idē qd peruersus/a.um. et dr de pernico/as. Cuiusmodi sūt versus isti. Pernix pro velox casus producit vbiqz. Pernitorqz caput illius dicit esse. Si breuiat casus tunc est nota perditionis. Ast eius ceptum dicitur per neco verbū. Icarus ad celum tendit pernicibus alis.

Periculū A pario sunt experimenta pericula dicta
A pereoqz pericula sunt discrimina dicta.

¶ Autor hic ponit q hoc nomē periculū pōt deriuari a diuersis verbis: et sic fm diuersam sui deriuationē diuersam habet significationē. ¶ Nā periculum pōt deriuari de experior/iris. qd cōponit de ex et pario/ris. pepi. ere. et tunc idē est qd experimentū/ti. neutri gnīs. i. pbatio. ¶ Itē periculū pōt deriuari de pereo/is. perui/vel perij/perire (anglice to perysshe or to spyll) et tūc idē est qd discrimen. i. idē qd periculū in cōi significatione. et tūc deriuatur de pereo/peris/peruit/perire. i. docere/instruere/vel probare qd non est in vsu fm Hugui. Sed peritus media pducta pricipiū illius remanet in vsu. i. doct9. i. instructus. Unde. Nō tendit peritū qui vult audire peritū. Inde hec peritia peritie. i. scientia. ¶ Cōstrue. Pericula dicta a pario. i. ab experior. qd componitur de ex/et pario sunt experimenta. et pericula dicta. i. deriuata a pario/is. perui sunt discrimina: et tunc sumitur in vsuali significatione.

Pres. Pres diues/pres est sponsor/pres est mediator.

¶ Autor docet hic q pres predis hz tres significationes. Nā idem est qd diues et pe q multa hz pdia. i. possessiōes villas vel agros. ¶ Et pres est sponsor. i. fideiussor. et hec significatio tractata est a priore: qr diuites solēt esse fideiussores. i. sponsores et obsides. ¶ Et pres. i. mediās vel mediator. Un quidā. Pres predis diues: medius fideiussor/et obses. Et cōponitur cū inter et dr hic et hec interpres qui diuersa genera linguarū nouit: et q vnā linguā exponit per aliā: vel qui vnā linguā transfert in aliā. Et sic. Boeti9 vocat interpres q libros Aristotelis trāstulit de greco in latinū. Siliter Hieronim9 qui trāstulit totā bibliam de hebreo in latinū: et etiam septuaginta interpres.

Presul. Presul presalijs dicatur episcopus esse
Est presul princeps dicitur ante solum.

¶ Hic docet autor q hoc nomē presul presulis habet duas significatiōes. Et fm vtrāqz illaꝝ significationū eius deriuatio variat vel diuersatur: qr presul est idē qd eps. et tūc cōponit seu deriuat de pre et hijs salij saliorū. Et fuerūt salij sacerdotes Martis sic dicti. qr saliēdo sacrificabāt. Et ille q pfuit illis in ministerio et officio vocabat presul: et modo significat quēlibet presidētem presbyteris vt epm. ¶ Presul. i. princeps: et fm illam significationē deriuat

de pre et hoc solū soli.i.terra.et est ille qui preest ceteris existētib⁹ in solo suo
id est in terra sua. ¶ Cōstrue. Presul qn̄ deriuatur de pre et salijs .i.sacerdoti
bus tūc dicit̄ esse idē qđ ep̄s. Et presul qn̄ de pre:⁊ solū.i.ante/et solum cōpo
nitur:tunc dicatur esse princeps. Uel sic hic et hec presul idem est qđ episcop⁹
quia preest salijs.i.sacerdotibus. Et idem est qđ hic et hec princeps. Et tunc
deriuatur de pre et hoc solum/soli.quia preest solo.id est terre:⁊ est cōmunis
generis duorum. Nominatiuo hic salius/salij.id est sacerdos. Hic saltus/sal=
tus/saltui.(anglice a lepynge) Et pluraliter hi salij.saliorū.vel sales salijū.di=
cuntur sacerdotes martis.a salio/salis/salui/vel salui/saltre/saltum/saltu.i.
saltum facere:quia saltando marti sacrificabant. Et sales possunt dici iocula
tores. ¶ Nota q̄ in sequētia. Adest nobis ⁊c. In festis sanctorū Egidij/Hie=
ronymi/Edwardi regis et confessoris semper dicatur. Aue iclyte presul Hie
ronyme/Edwarde.et sic de ceteris:et nunq̄ inclyte confessor in ecclesia/pro
ut dicitur in libello. Crede michi.⁊c.

Pignus dic prolem/vadimonia dic quoqꝫ fedus Pignus
In vadium ponens impignero/pignero libros
Pignero quos capio/redimēs oppignero libros.

¶ Hic autor docet equiuocationem in hoc nomine hoc pignus/oris. Deinde
ponit differentiam inter hec duo verba pignero/as.et impignero/as. oppi=
gnero/as. Dicit ergo q̄ hoc pignus habet tres significatiōes. Nam idem est
qđ filius:vel amor:vel iudicium:vel signum:vel confederatio:vel confirma=
tio amoris:et tunc facit genitiuum pignoris per o. Unde pignoro/as.are. id
est confederare vel confirmare amorem inter aliquos. Et pignus.id est va=
dium qđ pro re aliqua datur:vt postea recolligatur:vsualiter dicit̄. Medins
est pigneri incumbere q̄ꝫ in personā agere. Unde impignero/as.i.in pignere
dare vel pignore percipere. Sed pignero/as. id est in pignere ponere vel in
pignere habere. Oppignero/as.id est propter aliqđ pignerare/liberrare/re
dimere secundum istum autorem. ¶ Construe. Dico pignus faciens pigne=
ris in genitiuo per e/esse vadimoniū. Ego ponens aliquid in vadio impigne
ro:et ego pignero libros quos capio in pign[illegible]re:et ego redimens libros.i.op=
pignero libros.

Pes montis pila/pila ludus/pila taberna Pila pile.
Pila terit pultes/sed pila geruntur in hostes
Quod terit est pilus/pilus est in fronte capillus

¶ Hic docet autor q̄ pila habet quinq̄ sig̅tiones. Nam pila.i.pes mōtis. Pi
la est quidam ludus:⁊ illud cum quo luditur(anglice a balle) Pila.i.taberna
Pila est instrumentum cum quo teritur in mortario/siue illud mortarium in
quo teritur. Pila.i.tela que proijciuntur in hostes et tūc pila est neutri gn̄is
et pluralis numeri a telum teli. Tamen ista differunt s̄m correptionē et pro=
ductionē:quia pila pro pede montis: et pro taberna:⁊ pro instrumēto teren
di et pro telis primam producit:et in alia significatione eandem corripit. Ut
pātet in littera predicta.scilicet pilus.i.crinis(anglice a here.)

Urbs quedam pisa/est quoddam pisa legumen. Pisa pise

¶ hic docet autor q hec pisa/pise. habet duas significatiões. Primo est quedam ciuitas in grecia: abundantia auri: vel illius leguminis dicta. Pis grece aurum de latine. Item pisa est quoddã legumẽ/inis. ¶ Nota q aliqui dicũt hec pisa/orum. in plurali numero pro legumine. quos hugu. reprehendit. Sed ego credo q pisa pro illa cõfectione que fit de pisis est pluralis numeri et neutri generis: et tũc est nomen heterochitum. Et sic magister petrus blesensis accipit ipsa in plurali numero in libello suo super Job. qui maioris auctoritatis habetur q̃ huguit. Sed pisa pro legumine crudo et q̃n crescit semper est feminini generis in vtroq numero. De pise/arum pro ciuitate Tuscie. qr edificantes illam ciuitatem a pisa ciuitate grecie venerunt.

Prius

Tempore natura prius ordine dic et honore.

¶ hic autor docet q prius sumitur quatuor modis. Nam aliquid est prius tempore: vt iste venit prius illo. id est ante illum. Itẽ prius dicit esse natura vt prius est embrio q̃ homo. Et est embrio fetus humani corporis sine aia. Et aliquid est prius in ordine: vt prius debet quis esse diacon⁹ q̃ presbiter. Et prius in ordine dicitur qui maiorem dignitatẽ habet in ordine. Et prius dicitur honore: vt episcopus vel domin⁹ papa dicitur prior esse propter honorem seu excellentiam.

Polipus.

Polipus est naris fetor: vel in equore piscis
Nomine dignus eo quoniã graditur pede multo
Fetor et inde sonat quia per pus polluit auras
Aut quia per plures efficit ore poros.

¶ hic docet autor quot sig̃tiones habet hic polipus/pi. et vñ derivat. Dicit ergo q polipus/pi. i. fetor qui per nares emittitur: et tũc dicitur polipus quasi pus. id est fetor polluens auras. i. auram. Uel polipus quod plures poros efficiat in naso (anglice a canker.) ¶ Nota q polipus est proprie fetor qui est in ciuitate: sed ponitur pro quolibet fetore. et cõponitur de polis qd est ciuitas: et pus. i. putredo quasi putredo ciuitatis. Item polipus dicitur quidam piscis conchatus vel testatus habens plures pedes: vt cancer (anglice a lopster) Et dicitur a polis qd est pluralitas. et pes/pedis: quia pluralitatẽ pedũ habet. ¶ Construe. Polipus est fetor naris. id est nasi. vel piscis in equore. id est mari: piscis dico dignus eo nomine: quoniam graditur. i. trãsit multo pede. i. multis pedibus: vel q̃n potis. i. potẽs est pede multo. Et inde. i. ideo est polipus et sonat idem qd fetor: qr polluit auras. id est aurã per pus. id est fetore. Aut p vel/vt quia efficit plures poros. id est valde multos poros. id est naso qui est ꝓpinquus ori.

Populus

Populus est volucris popul⁹ gens popul⁹ arbor.

¶ hic autor docet q populus habet tres significatiões. Nã populus est quedam auis: et tũc est masculini generis. et producit primã syllabã s'm istũ autorẽ (anglice a shoueler.) Itẽ populus est gens scz cetus humane multitudinis iuris cõsensu et ꝯcordi cõmunicatiõe sociat⁹. Uel pp̃ls est collectio. i. cõgregatio tam nobilium q̃ ignobiliũ: et dr a polis qd est ciuitas. Uel a polis quod

est pluralitas. ¶ Itē populus est quedā arbor: et tunc producit primā syllabam (anglice a popeltree) Et pro his significationib⁹ potius corripit primā. Et pro arbore populus est generis feminini. Et dicitur a polis quod est pluralitas: quia ex radice eius multitudo ramunculoꝝ pullulat.

Proximus est quiuis natura conditiones
Spe conuertēdi bonus est homo proximus hosti
Proximus est iterū qui constat stirpe propinquus
Proximus estqꝫ suū michi sit prestās benefactum
Confinisqꝫ meus michi proximus vt probat vsus.

Proxim⁹

¶ Hic docet autor quot modis accipitur proximus: vel quot modis quis efficiatur alicui proximus. Dicens ꝙ aliquis est proximus naturali conditione: vt pater est proximus filio. Item aliquis potest esse proximus suis inimicis conuertēdo illos de mala conuersatione ad bonā vitam: et sic sanctus Paulus fuit proximus iudeis qui eum persequebātur: et tamen non cessauit quin pro eorum conuersione sollicite laborauit. ¶ Item aliquis dicitur proximus michi qui est de stirpe mea. i. psapia genitus: vt frater me⁹ vel nepos vel pronepos. ¶ Item amicus meus est proximus meus qui michi indigenti de bonis suis largius impartitur. ¶ Item vicinus meus dicitur proximus meus prout habet cōmunis modus loquēdi. ¶ Cōstrue. Quiuis. i. quilibet est proximus natura conditionis. i. naturali cōditione: vt bonus homo est proxim⁹ hosti suo spe cōuertēdi eū a malo ad bonū. Et iterum ille est proximus q̄ cōstat. i. est ppinqu⁹ alicui stirpe. i. progenie ⁊ sanguine. Et aliquis p̄sentans. i. exhibens michi benefactū. i. beneficium est proximus michi: ⁊ confinis meus est proximus michi. vt vsus. i. consuet˜do probat.

Conditione puer / etate puer / puer actu
Estqꝫ puer purus et sine pube puer

Puer.

¶ Hic autor docet ꝙ puer dr̄ tribus modis. Nam aliquis est puer cōditione: vt famulus vel seruus alicuius dr̄ puer eius. ¶ Et puer est ab etate: vt puer octennis / nouēnis / decēnis. ¶ Puer est in actu: vt cū qs pueriliter agit vocat puer. Ut scribitur. Maledictus puer. ¶ Et puer est purus ab omni puritate carnis: et sine pube. i. lanugine q̄ est in prima barba. ¶ Nota ꝙ puer dr̄ alijs tribus modis scꝫ natiuitate. vt puer nat⁹ est nobis. ⁊c. Etate. vt nouēnis / decēnis. Obsequio ⁊ fidei puritate. vt dn̄s ad hieremiā. Puer me⁹ noli timere ¶ Nota ꝙ sunt sex ppietates pueroꝝ que patēt per vsus. Sunt pueri puri paruipauco saciati. Ludūt conformes cito dant cito pacificātur. ¶ Et nota ꝙ sunt sex etates hoīs. Prima etas dr̄ infantia: q̄ durat vsqꝫ ad septē annos. Secūda est pueritia durās vsqꝫ ad quatuordecim annos. Tertia est adolescentia durās vsqꝫ ad annū vicesimū quintū. Quarta dr̄ iuuētus durās ad quinquaginta annos. Quinta dr̄ senectus durās ad octoginta. Sexta dr̄ senium durās vsqꝫ ad finē vite qꝫtumcūqꝫ sit homo victur⁹. ¶ Simuliter etates mūdi sunt sex. Prima ab Adam vsqꝫ ad Noe. Secūda a Noe vsqꝫ ad Abraham. Tertia ab Abraham vsqꝫ ad Dauid. Quarta a Dauid vsqꝫ ad transmigrationem babylonis. Quinta a transmigratione babylonis vsqꝫ ad christum. Sexta a christo vsqꝫ ad finem seculi. i. extremum iudicium.

Etates mundi et hominis.

45

Pullus Pullus eque pullus galline: pullus et ater

¶ Hic docet autor q pullus habet tres significationes. Nã pullus est natus eque (anglice a foole/or a colte) Et pullus .i. recens natus galline (angl. a chekyn) Et in istis duabus significationibus dr hic pullus/li. substantiue. Et pullus/a.um. id est ater. niger/a.um. Uirgi. Reiice ne maculis infuscet vellera pullis. pullis maculis. i. nigris maculis. Et dr pullus a paruus/a.ũ. vel pusillus/a.um.

Pus/ris. Pus pro putredo indeclinabile credo
Pus declinatur: custodia quando vocatur.

¶ Autor hic docet q pus habet duas significationes. Nã pus. i. putredo vel quedam infirmitas q reddit hõiem putridũ: ꝛ tũc dr de puteo/es. i. fetere. ꝛ indeclinabile. Horati⁹. Rutilũ pus atq venenũ. Et hec pus/ris. i. custodia. Unde Alnã in pure positis ego solus euasi. In pure. i. in custodia. Et dr a pur⁹/a.ũ.

Pubes. Est pubes iuuenis: pubes pilus est iuuenilis
Puberis est pubis: variatur sic genitiuus

¶ Hic autor docet q pubes habet duas significationes. Nam pubes est puer sine pube. i. sine lanugine q est inferior circa pudẽda. Et tũc declinat̃ hic ꝛ hec pubes. gtõ pubis vl' puberis. Et pubes. i. lanugo. s. inferior barba vt superi⁹ dr. Itẽ pubes est collectio iuuenũ: et tunc declinat̃ hic pubes/huius pubis. ꝛc̃.

Paciscor. Quod peto pro pacto quod do quod sumo paciscor

¶ Autor dicit q paciscor/eris. pactus sum/pacisci. habet tres significationes. Nã paciscor. i. petere aliqd p pacto: vt ibi. Ut mea sit seruata mora virtute paciscor. Et pacisci. i. dare pro pacto. vt ibi. Uitã voluit p laude pacisci. i. dare in pactũ vel in pactũ ponere. Itẽ pacisci. i. in pactũ accipere vel sumere. Ouidius. Pactus agenoriam primus puer ibat ab ymis. Et pacisci. i. pactũ facere amicitiam seruare/reintegrare. Un̄ hec pactio/onis. i. conuentio/conditio/promissio. Unde hoc pactum/cti.

Palo/las Palo domũ facio/vagor et cauo/purgo palam do
Et palo palea palus quoq; pala palatium.

¶ Autor dicit q palo/as. habet quinq significationes et deriuat̃ ab eo. Nã palare. i. parare vel domũ facere. Et palare. i. vagari: tñ plus est palare q vagari. Nã vagari dr q aliquãtulũ huc ꝛ illuc discurrit. Sed palat q nullo loco proprio habet sedem. Uagus dr quicũq aliqñ vagat̃. Sed palat qui nunq certam possidet mansionẽ. Uñ hoc palatiũ/tij. ampla dom⁹ in qua multi vagari possunt. Et hoc palatũ/ti. superior pars oris interius: qr ibi lingua palat. i. vagat̃. Et palare. i. cauare/forare (anglice to holde to bore.) Unde hec pala/pale. i. ille concauus locus in anulo in quo lapis preciosus ponitur (anglice the hole in the rynge) Palare. i. purgare. Unde hec palea/lee. i. purgamentũ segetis scz illud quod eijcitur a segete (a chafe) ¶ Palare. i. palam dare/manifestare/aperire. Unde hic palus/li. (a stake) quia foris stat et foris et palam sta-

gitur. Unde palam aduerbium.id est aperte/manifeste. ¶ Item a palo pro cano/as.hec pala/le.instrumentū quo domus purgatur. ¶ Item pala/pale. est ventilabrum.i.ventorium quo purgantur grana(anglice a fanne) Et pala est instrumentū ferreum latum ad opus aptum.

Pango cano/pango coniungo/pango paciscor: Dat pactum pepigi/cano panxi/iungere pegi. Pango.

¶ Autor docet hic ꝙ pango/gis.habet tres significationes diuersas: et secū=dum vnamquāqꝫ significationē diuersum habet preteritum. Nam pangere id est cātare vel canere. Unde in hymno. Pange lingua gloriosi corporis mysterium.et secūdum illam significationē pango facit panxi in preterito.et caret supinis. ¶ Item pangere.id est implere vel coniungere. Unde Job. Ossib⁹ et neruis compegisti me.id est iunxisti.⁊ tunc pango facit pegi in preterito:⁊ pactum pactu in supino. ¶ Item pango.id est paciscor.et tunc facit preteri=tum pepigi:et supinum pactum pactu. Unde Job. Pepigi fedus cum oculis meis ne virginem concupiscerem.

Equiuoce paro regna domū merces quoqꝫ pomū. Paro.as.

¶ Hic autor docet ꝙ paro/as.habet quatuor significationes. Nam parare.i. acquirere.vt paro regnum.id est acquiro regnum. ¶ Et parare.id est mundare.vt paro domum.id est mundo domum. Et parare.id est emere. Unde. Para quod vendere possis.id est eme quod possis vendere. ¶ Et parare.id est tollere peripsimam pomis(anglice the parynge of the apple)

Paret quis qui se manifestat: paret obedit Pareo.

¶ Hic autor docet ꝙ pareo/es.habet duas significationes. Nā parere.i.apparere/manifestare. et tunc facit paritum ⁊ tu.in supino.et in illa significatio=ne componitur cum ad et dicitur appareo/es.apparui. Unde apparuit gra=tia dei saluatoris.⁊c. Unde hic apparitor/oris.id est seruiēs: quia apparet vt videatur et presto est ad obsequendū domino suo. Uel apparitiones eos vocamus qui reos apparere faciunt in conspectu iudicis. Et pareo/es.produ=cit pa. Unde Catho. Temporibus pctā latēt ⁊ tempore parēt.et non patent vt quidam libri habent. ¶ Et parere.id est obedire.et tunc caret supino. ¶ Construe. Quis.i.aliquis/paret.i.obedit: et qui se manifestat paret.

Patro luxurio: patroqꝫ cum facio. Patro

¶ Hic autor docet ꝙ patro/as.habet duas significationes. Nā patrare.i.luxuriare vel opus venereū cōsummare. Unde Persi⁹. Patrati fractus ocello. id est oculo. Unde patratio/onis.i.operis venerei ꝯsūmatio. ¶ Et patrare.i. facere/perficere. Unde in genesi. Et requieuit die septimo ab oī opere quod patrarat. Silr̄ magister Matheus vndocinēsis in Thobia. Patrat amore patris superi que dictat honestas. Legis se domino sacrat agenda repleṫ. patrat.id est facit amore patris superi.id est dei/ et sunt versus retrogradi. ¶ Construe. Ego patro cum luxurio.id est quando facio factū luxurie.ꝙ pro

et et ego patro cum facio vel perficio.

plecto/tis **Plecto pro flecto: plecto pro punio dico.**

¶ Hic docet autor q̄ hoc verbum plecto/is. habet duas significatiões. Nam est idē q̄d flecto/tis. vel aliquid ex virgis flectendo cōponere. Unde in passione dñi. Et plectentes coronā de spinis imposuerūt capiti eius. i. flectēdo cōponentes coronā de spinis. Uñ hoc plectrū/tri. i. percussoriū cythare (anglice a wreste) q̄ flectitur huc ⁊ illuc. vñ hoc plectrillū/li. diminutiuū. ¶ Itē a plecto p̄ flecto. dr̄ hec plecta/te. quilibet nexus ex virgis factus. Et plectere. i. punire/verberare. Horatius. Quicquid delyrant reges plectūtur achiui. i. quicq̄d domini peccant semper pauperes puniuntur. Et est plecto/tis. plexi vel plexui/ere. plexum/plexu. verbum actiuum.

Pēdo/is. **Pendo cum trutino: do penas: debita soluo.**

¶ Autor hic docet q̄ hoc verbū pēdo/dis. habet tres significatiões. Nā pendere. i. trutinare. et p̄prie est pensū ad trutinā ponere et leuare. ¶ Pēdere. i. suspēdere: vt ille pēdit furē. i. suspēdit. Uñ differūt pendere media correpta: ⁊ pendere media p̄ducta: vt p̄z per metrum. Pendere vult iustus: sed vult pēdere malignus ⁊c̄. Malignus vult pendere. i. esse suspensus. Nā pēdeo/es. pependi/dere. verbum secunde cōiugationis: significat passionē intrinsecus natam. i. esse vel fieri pensum. Unde Pendeo suspensus: pēdo dū subleuo pōdus. Itērū. Pēdo do penas: sed pendeo suffero penas. ¶ Pendere. i. exoluere/reddere/tribuere. Et cōiugatur pēdo/dis. pepēdi/dere. pensum/su. v̄bum tertie cōiugationis: et pendeo/es. secunde coniugationis habent simile preteritū et supinū. Et est pēdo actiuū cū oībus suis cōpositis. ¶ Cōstrue. Ego pendo cum trutino (to weye) et ego pendo dū do. infero penas. i. suspendo furem: et ego pēdo debita/dum soluo debita.

Presumo **Uir male presumit: qui non sibi debita sumit**
Confidens bene: firmo presumit amore.

¶ Autor dicit q̄ p̄sumo/mis. aliq̄n sumit̄ in mala significatione: aliq̄n in bona. In mala significatione sumit̄ q̄n q̄s credit se facere q̄d non pōt facere: tūc pōt dici de tali q̄ p̄su[m]it quasi male. ¶ Itē aliq̄s p̄sumit h̄re b̄nficiū q̄ vt hoc habeat nō meret̄. Et aliquis sperat b̄nficiū q̄ meret̄ habere. ⁊ sic patet differentia inter sperare ⁊ presumere. ¶ Presumere aliq̄n sumitur in bona significatiōe: ⁊ tūc ponitur p̄ sperare vel firme cōfidere. Et in vtraq̄ significatione sumitur a beato Gregorio. Omelia. xxxiiij. Illos terret ne p̄sumāt in bonis: ibi p̄sumāt sumitur in mala significatiōe. Et postea subdit. Pctōres p̄sumite de misericordia dei. i. firmiter cōfidite. Et tunc sumitur in bona significatiōe Et cōiugatur. Presumo/presimus/presumpsi/ere. presumptū/tu. et est actiuū et componit̄ de pre/et sumo/is. ¶ Construe. Uir presumit male qui sumit. id est qui sumit aliqua non sibi debita. et aliquis confidens de firmo amore. presumit. id est confidit firmiter.

presto/as **Presto preualeo: presto cum commoda dono.**

¶ Autor docet hic equiuocationē de hoc verbo presto/as.are.dicēs q̄ hʒ du as significatiōes.nā prestare.i.ante stare vel p̄cio p̄cellere. Ut iste est prestās homo id est p̄cellens homo: et tunc presto cōponit̄ de pre ⁊ sto stas/stare. Et est v̄bū neutrū. ¶ Itē prestare.i.cōmodare/mutuare/et tūc est v̄bū simplex Et cōiugatur presto/as.aui.are.statū/tu. et est verbū actiuum. ¶ Construe. Ego presto.i.p̄ualeo: ⁊ ego presto d'ā dono.i.do/cōmoda.i.mutua.

Pone dapes quas ponit auis/te sic bene ponas. — Pono nis

¶ hic autor dicit q̄ hoc verbū pono/nis.hʒ tres significatiōes.q2 ponere est idem quod exponere. vt pone dapes.i.expone dapes.i.cibos. ¶ Et ponere id est p̄ducere: vt gallina ponit oua.i.p̄ducit oua. ¶ Et ponere.i.disponere. Et etiam idem est quod statuere.i.locare. Pono/nis.posui/ere.situm/tu.verbū actiuū. ¶ Cōstrue. Tu pone.i.expone vel appone vel apporta dapes.scʒ illas quas auis ponit: et ille dapes sunt oua: ⁊ sic ponas id est disponas te bene cum illis.id est concedendo ea.

Prodere seducit/monstrat/prodire sed exit
Proditor a verbo formari querit vtroqʒ. — prodo dis

¶ hic docet autor equiuocationē in isto verbo prodo/dis.didi.dere. Et differentiā inter prodere verbū tertie ɔiugatiōis qd̄ componitur de p: ⁊ do/das/dare: ⁊ prodire verbū quarte cōiugatiōis: qd̄ componitur de pro et eo/is ire/interposita d/et d̄r prodeo/prodis/produi vel prodīj prodire. ¶ Item ponitur equiuocatio in isto verbali hic proditor/oris. qd̄ a primo supino vtriusqʒ verbi formatur. Dicit ergo q̄ p̄do/p̄dis/p[illegible]re.i.seducere/decipere. Uñ quidam. hinc mea mēs odit sociū qui me male p̄dit.i.seducit vel decipit. ¶ Et p̄dere.i.monstrare. Ut hic. Prode precor quere qd̄ odit te queras amare. Et prodo est actiuū et cōiugatur. Prodo/dis.prodidi.proditū/tu. in supino penultima correpta: et cōponitur de pro/⁊ do/das. ¶ Et prodire idē est qd̄ exire. Uñ in hymno. Uexilla regis prodeūt.i.exeunt. Et ɔiugat̄. Prodo prodis p̄diui p̄dire p̄deundi/do.dū.sicut superius [illegible].et facit proditū/tu.in supino penultima correpta sicut de prodo. Uñ deriuat̄ hic proditor/oris.i.anterior vel antecessor. Et proditor qn̄ descēdit de prodo prodis.tunc idē est qd̄ seductor vel deceptor (anglice a traytor.) Uñ iudas fuit proditor duct⁹ eo qd̄ p̄didit dn̄m ⁊ proditor mōstrat̄. ¶ Cōstrue. hoc verbū prodere seducit.i.decipit et mōstrat: sed prodire.i.exire.vt prodit a me.i.exit a me. [illegible] hoc nomē p̄ditor qd̄ est verbale querit.i.vult formari ab vtroqʒ verbo.

Posse quidem rebus dat vis natura potestas
Officium meritum sexum diuina voluntas. — Potestas

¶ Quidam exponentes istam litteram assignant differētiam inter humanā potestatem et diuinā voluntatem. Sed hoc vere nichil est. quia autor ponit differentiam inter vocabula que habent aliquam similitudinē voce sicut inter pignero per e/et pignoro per o.et inter prodere et prodire: que oīa incipiunt ab eadem syllaba. Sed hic non est aliqua conuenientia inter potestas ⁊ voluntas: nisi qd̄ vtraqʒ terminatur in tas.sed quid inde.

47

¶ Unde hec dico q̄ hic equiuocatio ponit̄ in ista dictione potestas/atis. Nā potestas .i. vis vel fortitudo humana. vt hic. Faciēdi hoc: nō habeo potestatem .i. vim vel fortitudinē. ¶ Et potestas .i. natura humana vel naturalis vigor vel potentiā hoīs: vt sunt multa q̄ humane nō subiacēt potestati .i. nature humane. ¶ Itē potestas est ipsū posse per qd̄ pōt aliquis vel aliqd. Itē potestas est officium ⁊ nomen officij: vt maior ciuitatis est nomē cuiusdam officij vt ille qui vocatur maior londoniarū. Uocatur potestas bononie: et in pluribus alijs ciuitatibus italie. ¶ Uel potestas est quoddā officiū angelorū: vt ibi. Tibi celi et vniuerse potestates ⁊c̄. Et potestas. id est volūtas dei. ¶ Cōstrue sic istos versus. Potestas existēs idē qd̄ vis .i. fortitudo: vel potestas existens idē qd̄ natura .i. vigor naturalis: dat rebus posse .i. p̄ qd̄ possunt. Et potestas existens officiū dat meritū scz per qd̄ meret̄ sic appellari vel fungi tali officio. Et potestas existens diuina voluntas: dat sexum .i. discretionē in rebus p̄ut vna res discernit .i. diuidit̄ ab alia per speciē. Ptās vt dicit huguitio est illud qd̄ aliquis potest: vel illud per quod potest. vel ille qui potest.

Poto/as. **Poto do potum/poto sumo michi potum.**

¶ Hic docet autor q̄ poto/as. habet duas significationēs. Nam potare .i. potū dare. vt ibi. De torrente voluptatis potabit eos .i. dabit eis potum de torrente voluptatis. et tunc construit̄ cum actō casu. vt poto te .i. do sibi potum pota me .i. da michi potum. et tūc est verbū actiuū. ¶ Et potare .i. sumere potum vel bibere. et tunc est verbum neutrū vt poto ceruisiam vel vinū. ¶ Et supina illius verbi syncopātur. Dicitur enim. Uado potum et non potatum in frequenti vsu. Ut potauerunt me aceto.

Puto/as. **Estimatq̄ʒ secat puto denotat amputat inde.**

¶ Autor dicit q̄ puto/as. habet duas significationes. Nā putare. id est estimare. vel in mente habere sic vel sic. ¶ Et putare .i. secare. vt superius scribitur ibi. Falce puto. ⁊c̄. puto tibi. id est seco vel scindo. ¶ Unde cōponitur cum am/et dicitur amputo: et amputare. id est circum secare.
¶ Construe. Hoc verbū puto/putas. denotat .i. significat estimat atq̄ʒ secat. inde amputat deriuatur per compositionem.
¶ Et nota q̄ debet dici existimo et non estimo. Sed ego scribo estimo secūdū maiorem vsum scribentiū. et cōponitur de ex: et timo quod est mens. et dicitur existimare/appreciari/vel putare: et sic iterum cōponitur cum ex/ et dicitur existimo/as. id est putare. et potest dici q̄ in priori significatione x/trāsit in s. vt patet in extimo. ¶ Papias/huguitio/et Catholicon dicunt extimo et ideo credo q̄ x non transit in s.

Questus **Questus de quero tibi lucrum significabit**
De queror questus vult significare querelam.

Febres ab excessu cuius pariterqꝫ recessu
Cogitur alternos eger imitari colores
Diceti sqꝫ typum quod dicimus esse figuram.

¶ Autor dicit ꝙ typus equiuocat̄ ad quatuor. Nā est herba quedam que in aqua nascit̄: ⁊ ab aqua inflat̄. Un̄ ⁊ ambitiosorꝫ hoim ⁊ sibi placētiū tumor ⁊ superbia dicitur typus. Et ab illa etiam herba frigida febres dicūtur typice

¶ Et typus est figura vel forma vel status. Unde typicus/a.um. i. figuratiuus a.um. Et etiam typica febris (quã perdicã dicunt) ¶ Construe. Typus est herba tumens que crescit in gelidis hortis. scz iuxta aquas que naturaliter sunt gelide et frigide. Febris. i. illa febris (que typus dicitur) tenet suum nomen ab hac scilicet herba que dicitur typus (anglice a homloke) Et typus est idẽ qđ forma. Et typus quãdo est idem quod febris sumit. i. potest sumere: nota. id est nomen suũ. ab hac scilicet forma que est typus ab excessu. et pro et: et recessu cuius febris que est typus eger. i. infirmus patiẽs tales febres: cogitur. id est cõpellitur: mutare alternos colores. i. varios et diuersos colores. et pro et vos dicetis typum esse illud quod nos dicimus esse figuram.

Mensa tripos/laurusqz tripos/mensequz supellex — Tripos

¶ Autor ponit hic quod tripos equiuocatur ad tria. Nã tripos est mẽsa vel arca consecrata apollini in qua dabantur responsa ab apolline. In putria nouella. Tripodes phebi foliuqz sibille. Tripos. i. laurus quedã herba vt quidã dicunt supponatur capiti dormiẽtis nisi que vera fuerint somniabit. ¶ Et tripos est illud instrumentũ super qđ ponitur mensa super quã comedimus (anglice a trestyll) ¶ Construe. Tripos est mensa scz phebi vel apollinis. i. solis: et tripos laurus. et tripos est supellex. a suppleo/es. quia supellex est omne illud quod supplet defectiuum domus. et pro et. et tripos est supellex mẽse. i. illud super quod ponitur mensa (anglice a trestyll vt supra).

Hec tria fert titulus/descriptio laus epigramma — Titulus.

¶ Hic docet autor quod hoc nomen titulus habet tres significatiões. Nã titulus id est descriptio libri. Uñ dicitur Titulus ... tius libri talis est. ¶ Et titulus. i. laus vt male facientis fame multotiẽs titulus obfuscatur. Uñ esopus in fabulis. Ornet se titulus turpiter ipse suis. titulus. i. laus. ¶ Itẽ titulus est epigramma. Et est epygramma titulus quẽ scribimus super capita alicuius littere et aliquarũ litterarũ propter breuiationẽ syllabe vel dictionis. Et dicitur titulus a tytan grece/quod est sol: sed for... tunc deberet scribi p y grecum.

Dicas esse thoros/paliaria/brachia letus Esse thoros dicas etiam mensas ali...ando. — Thorus

¶ Hic thorus/ri. hz quatuor significationes. Primo. id est paliare. qđ est illa replicatio corei q̃ est circa collum bouis. ¶ Et thorus. i. brachiũ. Unde Maximianus. Implicui validis lubrica mẽbra thoris. ¶ Et thorus. i. lectus. Ouid. Primoqz thoro terre non semp gramen habenti. Incubat infelix scilicet filia ycarii. Thorus. i. mẽsa in qua solebãt antiq discũbere. ¶ Cõstrue. Dicas thoros esse paliaria/ et brachia/ et lectos. Etiã dicas thoros esse mẽsas aliquãdo.

Est torax pectus/torax lorica/liquorqz. — Torax

¶ Dicit quod hec torax/acis. habet tres significationes. Nã torax est pectus vel illa pars corporis que est a collo vsqz ad stomachum (anglice the brestbone) quam archam dicimus. quia ibi sit archanum et eminẽtes pulpe mamille in-

ter quas pars illa osseas dicitur pectus. ¶ Et torax dicitur lorica illa que is tum extenditur quod toracem defendat (anglice a brestplate) Et torax est quidam liquor. Et dicitur de torus/toru.

Tumid⁹. Inflatus tumidus: fertur tumidusque superbus.

¶ Autor dicit quod tumidus/a.um. habet duas significatiões. Primo. id est inflatus. i. ille qui inflatur et ingressatur intus in corpore potest dici inflatus. ¶ Et inflatus. id est superbus: quia inflatur in mente sicut alius in corpe. ¶ Cōstrue. hoc nomen tumidus fertur inflatus in corpore. et tumidus fertur. i. dicitur superbus.

Turbo. Impetus est venti turbo si turbinis addas
Turbo turbonis proprium: turbus ioca signat.

¶ hic ponitur equiuocatio in hoc noīe turbo. Et differunt turbo faciēs turbonis/et turbo turbinis. et turbus/bi. in gtō. Nā hic turbo/inis. penultia correpta est ipetus venti (anglice dr̄ a wyrle wynde.) vnde Isidorus. Turbo est volubilitas ventorū ductus a terra quotiēs ventus cōsurgit: et terrā in circuitu mittit. ¶ Sed hic turbo turbonis penultima producta in gtō: est proprium nomen cuiusdā viri. ¶ Sed hic turbus/turbi in gtō: quidā ludus qui alio noīe dr̄ troc(h)us (anglice a toppe.)

Turtur Turtur aquas pinnis/turtur secat aera pennis
Est hec turtur auis: hic turtur sit tibi piscis.

¶ In istis duob⁹ versibus docet equiuocatio istius noīs turtur turturis penultia correpta quod habet duas significationes. Nā est quidā piscis (anglice a turbut) vñ Iuuenalis. Cariturus turtura magno. i. pisce. et tūc est gñis masculini. ¶ Sed hec turtur/ris. est quedā auis. Uñ Isidorus. Turtur vocatur pudica auis: et semper in montibus magnis et desertis solitudinibus cōmorās societatē hoīm fugiēs: et quīcquid cōmoratur in syluis. quod etiā hyeme deplumata in trūcis arborū cōcauis dr̄ habitare. ¶ Construe. Turtur secat. i. diuidit aquas pinnis. et turtur secat aera. i. aerē pēnis. et nota pēna/ne. est qua volucris volat (anglice a fether) pinna pinne/est qua piscis natat (a fynne) Unde. Fert piscem pinna volucrem portat nisi penna. ¶ Constructio plana est.

Tadere. Trado te/de te facio cum traditionem
Cum tibi committo rem seruandam tibi trado.

¶ hic autor docet quod hoc vbū trado/dis. tradidi/ere. hꝫ duas significatiōes. Nā tradere. i. prodere vel seducere vel decipere. Uñ hic traditor/oris. (anglice a traytour) ¶ Et tradere. i. cōmendare vel aliquid in custodiā alteri dare Uñ Ouidius. Seruandū tradidit argo vaccam. i. cōmendauit argo vaccam in custodiā et tutelam et est verbū actiuū. ¶ Construe. Ego trado te cum facio traditionem. i. seditionē de te. et trado tibi cū cōmitto tibi rem seruandā.

Tollo/lis Tollit/emit/nutrit/perimit/leuat/erigit/aufert

¶ hic docet autor q hoc verbū tollo habet plures significationes. Nam tollere .i. emere. Unde Juuenalis. Tollere dulcem cogita heredem. Tollere .id est leuare. Tollere .i. perimere. Et tollere .i. erigere. Unde Claudianus in de Rufino in primo folio libri. Tolluntur in altum vt lapsu grauiori ruant. Et tollere .id est auferre: vt ibi. Magnaqz tollit iners ꝯmoda segnicies. ¶ Nota hic differentiam inter tollere/auferre/et eripere. Nam tollimus voluntate/eripimus vi/auferimus quod dedimus. ¶ Tollo/lis. caret preterito et supinis: sed accipit mutuo tuli vel sustuli: et facit supins latum/latu vel sublatū/tu. Et est tollo verbū actiuum.

Torreo signat idem quod defluo/boluo vel bro.

Torreo

¶ hic autor dicit q torreo/torres. torrui/tostum/ vel torritum/tu. verbum actiuum habet tres significationes. Nā torrere .id est defluere. vnde hic torrens/tis .id est fluuius vel aqua defluēs cum impetu ex nubibus imbrium repentina magnum habens incremētū. Sed adueniēte estate calore torrescit: cui greci ab hyeme nomen dederunt: nos autem ab estate. Illi sūt a tēpore quo crescit. Nos autem a tēpore quo siccatur. Item torreo .i. voluere. Et torrere .id est vrere. Un̄ Theodolus. Ethiopū terras iam feruida torruit estas. Torruit ibi .i. vssit.

Torqueo furem/torqueo funem/torqueo telum.

Torqueo

¶ hic docet autor q torqueo/es. habet tres significationes. Nā torquere .id est cruciare: vt torqueo furē .i. crucio. Un̄ hic tortor/ris .i. cruciator vel tormētator. Un̄. Sunt ibi tortores serpentibus horridiores. Et torquere .i. flectere vel voluere: vt torqueo funem .i. voluo ar flecto funē (anglice wrethe/or to wynde a corde or a withe) Et torquere .i. mittere aut proijcere iaculum aut telum: vt torqueo telū .id est mitto vel proijcio telum (anglice to cast a darte) Et cōiugatr torqueo/es. si. ere. sum. su. vel tum/tu. in supinis. verbū actiuū Inde torqueo/ques. equiuocatur ad duo.

Pro speculor dicis/et pro defendo tueri
Sed tuitus primo/tribues tutuqz secundo
Sepe tamen tuor hoc verbū reperitur in vsu
A quo composita sunt contuor intuor ista.

Tueor. et tuor/ris.

¶ hic ponit autor equiuocationē in isto infinitiuo modo tueri. Nā idē est qđ videre: et tunc descēdit ab hoc verbo tueor/tueris/tuitus sum/tueri. qđ vbū deberet facere tui in infinitiuo modo: sed cā differētie tui/ pnominis deficit et accipit mutuo a tuor. Sed cōposita a tuor faciūt tui in infinitiuo modo vt contuor/eris. contuitus sum/contui. Obtuor/obtueris/ob tuitus sum/ob tui. Item tueri .i. defendere: et tunc descēdit de tuor/eris. tutus sum/tueri. ¶ Et nota q eius composita: et tuor et eius composita sunt deponentia: sed cōposita a tueor etiā simplex faciūt preterita tuit⁹/tuitū/tu. Et tuor et eius cōposita faciūt preteritū tutus et supina tutū. Et nota q tuor et ei⁹ ꝯposita sunt tertie cōiugationis: et cōiugatur tuor/tueris media correpta: quia nichil habet tuor de tueor nisi infinitiuum modum scilicet tueri. ¶ Cōstrue. Tu dicis hoc

verbū tueri pro speculor.i.video/et pro defendo.i.protego:sed tribues.i.dabis primo.id est tueri pro videre hoc preteritum tuitus sum:ꝙ pro et/et tribues secundo hoc preteritū sine circūlocutionē preteriti tuitus sum.et similiter faciunt composita ab eis. Tamen hoc verbū tuor reperitur sepe in vsu nostro:a quo ista duo intuor et contuor sunt composita.

Varus Varus id est curuus varus nomenqꝫ poete.

¶ hic autor docet ꝙ varus habet duas significationes. Primo.i.curuus(anglice crokyd) Unde et auarus quasi varus habēs varas man⁹.i.curuas manus. Persius. Fallit pede regula varo.i.curuo. Et varo est nomen cuiusdam poete qui post mortem Uirgilij correxit eneida.

Vas/sis. Hic vas est sponsor quod habet vadis in gtō
Hoc vas est labrum:vasisqꝫ facit genitiuo.

¶ Dicit autor ꝙ vas habet duas significationes. Nam hic vas vadis.i.sponsor/vl' fideiussor(anglice a borowe)vt ibi. Primo trade vades et liber postea vades. Et tunc vas huius vadis habet primam correptam. Sed vasis secūda persona de vado/vadis.producit primam vt patet supra. Uas est labrūꝫ in quo pedes lauātur(anglice a vessell)⁊ tūc dicitur a lauando:et tūc dicitur hoc vas/vasis in genitiuo. Labrum etiā dicitur labiū/labij.a lambo/lambis ¶ Construe. hic vas est spōsor:qđ scꝫ nomē vas habet vadis in gtō: hoc vas est labrum.i.vasculū:ꝙ pro et/facit vasis in gtō.

Vates/is Uates sortilegus ve propheta poeta sacerdos.

¶ hic docet autor ꝙ vates habet quatuor sig̃tiones. Nā est sortilegus:vt dīt Juuenalis. Et vates.i.propheta. Uñ Theodolus. Flāmea q̄ venit vatē quadriga leuauit. Similiter ibi. Si nō suis vatibus credat vel gentilibus ⁊c̃. Et vates dī poeta prout Uirgilius/Therentius/Ouidius. Et vates.i.sacerdos Jouis qui vaticinabatur futura. ¶ Construe. Uates est sortilegus: ve ꝑ vel vates.i.propheta/vel poeta/vel sacerdos. hic et hec vates.

vehemēs Spiritus inde malus vehemens est ve q̄a menti
Ingerit:ac bonus hinc quoniā sic subtrahit illi.

¶ Autor hic ponit ꝙ hoc nomen vehemens sumitur duobus modis scꝫ in bona significatione et in mala. Et sic spiritus malus dicitur esse vehemens: q̄a suggerit.id est inijcit menti ve.id est dolorem vel fauorem. ¶ Et spiritus bonus dicitur esse vehemens:tunc quia subtrahit ve.id est dolorē a mente. Uñ scribitur. Factus est sonus vehemens spiritus. ¶ Uehemēs secundū hugui. id est furiosus quasi habens ve in mente:et tūc cōponitur a ve:et habeo/es. et mens mentis.vel a ve/quod est sine et mens quasi sine mente.vel componitur a veho/is.et mens quasi qui vehitur a mente. Et vehemens aliquādo dicitur fortis:vt iste habet vehementem causam.i.fortem. Et forte in illa significatiōe sumitur ibi spiritus vehemens mētis.i.fortis. Et declinatur hic et hec et hoc vehemens/gtō huius vehementis ⁊c̃.

Nauis habet velum monialis sic quoqz templum. **Velum**

¶ hic docet autor q velum habet tres significationes. Nam velum pertinet ad nauem. s. illud lintheamen quo vehit nauis in pulsum venti (a sayle.) Et velum pertinet ad monialẽ. Vñ dr. Ista mulier accepit velum id est illud nigrũ peplum: quo cooperiuntur in capite moniales. ¶ Et velum pertinet ad templũ. Vñ scribit. Et velum templi scissum est. Et dicitur velum de velo/as. id est tegere. ¶ Cõstrue. Nauis habet velum: ꝛ monialis hꝫ velũ: et templuꝫ habet veluꝫ. Et velum est illud lintheum quod pendet in choro ecclesie tpe quadragesimali: et quid signt docet in libro mysteriorũ Johannis.

Pota venena nocent/fuscatur lana veneno
Et turpis virgo/sua perlinit ora veneno. **Venenũ.**

¶ hic autor docet q hoc nomen venenũ est illud quo hausto vel comesto moritur homo. Vñ theodolus. Cõiuge viperiũ donec suadẽte venenũ inficit totum corpus sicut finctura pannũ. Et venenum est vnguẽtum quo mulieres meretrices inungunt facies suas: vt lenonibus suis appareant pulchriores. hug. dicit hec venena/ne. qꝛ p venas eat: aliter nisi tãgeret sanguinẽ nõ noceret. ¶ Construe. Venena pota nocent: ꝛ lana fuscat. i. tingit veneno. i. tinctura. Vñ Boeti9 de ꝯso. li. ij. Nec lucida vellera serꝫ tyrio miscere veneno. i. tinctura/et turpis virgo. i. turpis meretrix/ plinit. i. perungit ora sua. i. faciẽ suã veneno. i. tinctura videlicet albo vnguento seu fusco: vt appareat pulchra.

Est verbum christus/verbum deceptio/verbum
Vox hominis: verbum sic pars octaua vocatur. **Verbum.**

¶ Autor docet q hoc nomẽ verbũ/bi. habet quatuor significatiões. Nã verbũ. i. fili9 dei: vt ibi. In pncipio erat verbũ. ꝛ ibi. Verbũ caro factũ est. Et verbũ. i. deceptio. Verba dat omnis amans. i. deceptiones. Et verbum. i. sermo vt ibi. Quid faciunt enses si te leuis aura fatigat. Verba quidem nõ sunt verbera: verba times: vt ibi. Demophon vẽtis ꝛ verba et vela dedisti. Vela queror versa carere fide: verba. i. sermones: et sunt versus Ouidij in libro heroidum siue epistolarũ: in epistola quam misit phillis Demophonti. ¶ Verbũ est pars orationis: vt patet in donato ꝛ prisciano. ¶ Construe. Xp̃s. i. fili9 dei est verbum: et vox hominis est verbum: et deceptio est verbũ: octaua pars. i. vna de octo partibus orationis vocatur verbum.

Est tria vindicta libertas/vicio virga. **Vindicta**

¶ hic dicit autor q hoc nomẽ vindicta/te. habet tres significationes. Nam vindicta. i. libertas. Ut Iste consecutus est plenam vindictam. i. libertatem. Vindicta. i. vltio. Galterus in alexandreidos primo. Transfer vindictam donec pertranseat ira. vindictam. i. vltionem. Vindicta dr virga pastoris cum qua facit liberos qui fuerunt serui: alio nomine rudis dicitur.

Eua virago/minerua virago/viriqꝫ magistra. **Virago.**

¶ Hoc nomē virago tribus modis dicitur. Nam eua prima parens dicebat virago: quia de viri costa acta et facta fuit. Uirago. id est minerua dea sapiētie siue sciētie dicitur esse: q̄ de cerebro viri scilicet Jouis fingitur fuisse genita. Uirago dicitur quelibet vxor que dominatur viro suo. Et dicitur virago quasi virum agens. i. ducens quo vult. ¶ Constructio patet.

Uola

Est vola pars palme/pars ale/pars pedis ima

¶ Autor hic docet q̄ hec vola/le. equiuocatur ad tria. Nam est pars manus iuxta illud: In medio tendi vir est vola plena sciēdi. ¶ Uola est pars ale per quam volucris volat. Uola. id est planta: ⁊ sic est ima pars pedis. id est latior et amplior (anglice the sole of the fote)

Uir

Uir notat etatem/sexum/sponsum/probitatem.

¶ Hic docet autor q̄ hoc nomen vir quatuor significat. Primo etatem: sicut ille qui peruenit ad etatem virilem. Unde paulus. Cum eram paruulus: loquebar vt paruulus. Cū aūt factus sum vir euacuabā ea que erant paruuli. Uir enim discernit sexum: vt cum dubium sit an ille vir vel femina. Uir ponit pro marito: sed cū adiuncto: vt vir illius/vel meus/aut tuus. ⁊c̄. Item vir significat v̄tuosum aut p̄bum. vn̄ dicitur viriliter agite. i. virtuose. et similiter apud Pamphilum. Si locus affuerit te precor esse virum. id est probum. ¶ Construe. Uir notat etatem/et sexum/et sponsum/et probitatem.

Uber

Mammam/fertile/fertilitatem denotat vber.

¶ Hic docet autor q̄ hoc nomen vber habet tres significationes. Nam vber id est mamma. Et dicuntur vbera quasi vuera: quia humida sunt et humore lactis in modum vuarum plena. Et declinatur hoc vber/beris. Et inde hic ⁊ hec et hoc vber vberis. id est fertilis. ¶ Item vber. id est ipsa fertilitas. Unde vberosus/a. um. i. abundans: ⁊ hec vbertas/vbertatis. id est abundantia vel copia. ¶ Construe. Uber denotat mammam: vber denotat fertile/et fertilitatem: et comparatur vber vberior vberrimus.

Uua.

Occulat os/vuam/sic vinea fertilis vuam

¶ Uua equiuocatur ad duo. Nam vua est pellicula pendēs in gutture hominis (anglice a flape) ¶ Uua est de qua vinum extrahitur (a grape.)
¶ Construe. Os occulit. i. tegit vuam. id est illam pelliculam carnis: et fertilis vinea/occulit. id est tegit vuam. id est vuas.
¶ Et vinea est locus vel hortus in quo crescunt vites.

Usus.

Utilitas/exercitium/mos dicitur vsus.

¶ Hic docet autor q̄ hoc nomen vsus habet tres sig̃tiones. Primo. i. vtilitas Usui meo non conuenit ociari. i. vtilitati mee. Usus. i. exercitiū. Usus promptum reddit artificem. Pamphilus. Usus ⁊ ars docuit q̄d sapit omis homo. id est exercitiū. Usus. i. mos vel consuetudo. vt iste habet bonū vsum regen-

ali se.i.bonum morem. Vel sic. Bonus usus est apud eos.id est bonus mos.
¶ Construe. Usus dicitur utilitas/et exercitium/ et mos.id est consuetudo.

Fert vacat indulget caret et placet et superundat Vacat.
Et vacat est vacuum pro cessat sepe repertum.

¶ hic docet autor q vacat habet plures significationes. Vacare.i.indulgere. Ut iste vacat lectioni sue.i.indulget. ¶ Et vacare.i.carere: et tunc construitur cum ablto casu.ut vaco nummis.i.denarijs. ¶ Et vacat.i.placet.ut vacat michi scribere.i.placet.et tunc est verbum impersonale. ¶ Et vacare.i.superundare: sic unda vacat pelagi.ibi vacat.i.superfidat. ¶ Et vacare.i.esse vel fieri vacuu.hec est eius propria significatio et omnes alie significationes redolet illam. Cum enim dico vaco lectioni.i.ac si dicere. Vacuus sum ab alijs rebus et insisto lectioni. ¶ Et vacare.i.cessare. ut iste vacat a studio.i.cessat.
¶ Construe. hoc verbum vacat fert.id est significat ista scilicet indulget caret placet.&c.et vacet est idem quod vacuum.et tunc est impersonale.vacat est repertum.i.inventum pro hoc verbo cessat.et est neutrum.

Qui valet ille potest et qui valet hic validus sit Valere

¶ Valeo vales habet duas signtiones. Primo valere posse.ut iste valet facere.i.potest facere. ¶ Et valere.i.validu esse vel fieri. Cum dicitur.iste est valens homo.i.validus homo. ¶ Construe. Ille valet qui potest: et ille valet qui sit validus. ¶ Et hoc verbum salue comprehendit vale et aue.
¶ Item valeo vales aliquando est bene valere: et aliquando perire. ut sicut patet inferius. Dicit aue veniens de iure valeqз recedens. hoc verbum salue comprehendit aueqз valeqз.

Ut discedenti sic dico vale morienti. Vale/Acte

¶ Dicit q hoc verbum vale duobus modis accipitur. Aliquando vale dicitur amico recedenti a nobis vel absenti: ut quando aliquis recedit a nobis dicimus vale vel valete. Et etiam quando scribimus absenti dicimus in fine epistole vel littere vale vel valete.
¶ Item vale dicitur alicui morienti qui nunqз reuersurus est.
¶ Construe. Ut scilicet sicut ego dico descendenti scilicet amico vale. Sic dico morienti vale.

Accipitur valeat pro queat et pereat Valeat.

¶ hic autor dicit q hoc verbum valeat potest sumi in bona significatione et in mala significatione. In bona quando accipitur. tunc idem est quod queat id est potens sit vel bene sit: ut valeat amicus meus sine fine.id est potens sit et bene sit/sit sine fine.
¶ Et valeat.id est pereat vel moriatur. ut valeant inimici regis.i.pereant et moriantur.in qua significatione fertur Ouidius posuisse ibi ubi dicitur. Et soror et coniunx valeant et conscia nutrix.
¶ Construe. hoc verbum valeat accipitur pro queat et pereat.

58

Ualitudo Est infirme valitudo tua sic quoqꝫ firme
A valeo ve vale dissimiliqꝫ modo

¶ Hic autor dicit ꝙ hec dictio valitudo duobus modis accipit. Nam valitudo.i.infirmitas siue periculū mortis.et tūc deriuat a valeo/les.p perire vel mori:ꝛ valitudo incolumitas est vel sanitas.et tūc deriuat de vale valete:siue de valeo/es.ſm quod accipitur in bona sigtione scꝫ p bene esse. ¶ Et nota ꝙ in primo versu est pētimemeros.impropric tñ sumpta in ista syllaba de ista dictione valitudo que corripit et debet produci. ¶ Construe. O infirme hō tua valitudo est.i. periculū tuū vl'infirmitas tua.ꝛ o firme.i.o sane homo tua valitudo est scꝫ sanitas tua vel columitas siue prosperitas. Et ista dictio valitudo est qđ dr ab isto verbo valeo ve p vel:vel ab isto vbo vale qđ est defectiuū ſm quosdā.ꝗ p ꝛ/ꝛ hoc dissimili modo dr:vt superius est edoctū. Et coniugat valeo/es.qđ est verbū aliqñ pertinens ad precium.et tunc cōstruit cū gtō precio non determinato:vt iste liber valet tanti quanti ꝯstitit. Et cum actō abltō precij determiati: vt equus dñi mei valet viginti libras vel viginti libris. Tamē aliqñ construitur cū actō precij determinati:sed hoc moleuit ab vsu non arte.vt quantū valet liber.et sic de consto/stas. Unde Ouidiꝰ de vetula. Non curat enim quantum sibi constat dūmodo lucretur.

V[e]rro/ris Sub verro/ris.tu quatuor equiuocabis
Uerro facit mundo:sulcoqꝫ deleo furor
Hinc quoqꝫ verriculū sus verres fur quoqꝫ verres

¶ Hic autor docet ꝙ hoc verbū verro/ris.habet quatuor sigtiones quas pbant ab eo noia deriuatiua. Nam verro.i.mūdo/as.ꝛ tūc deriuat ab eo hoc verriculū/li. que scopa vel scoba dr illud quo domus scopatur vel purgatur. (anglice a besom) Item verriculum/li.est genus rhetis aut nauis piscatoria ¶ Item verro/is.i.sulco/as. Unde in alexandreidos.x.capitulo vltimo. Uerrimus equoreos fluctus.ꝛc̄.i.sulcamus cum nauibus.ꝛ tunc ab eo dr (ſm autorē istū) hic verres/ris. Et est verres aper.a verrendo terrā dictus:qr cū rostro verrit terrā.i.sulcat terram. Deriuatur tñ ſm hugui.verres a vires.qr magnas vires habet. ¶ Item verro/is.i.furor/aris.aut deleo/les.qr qui furatur delet res.i.tollit res et abigit et asportat eas. et tunc deriuatur ab eo hic verres/ris.propriū nomen cuiusdā viri(qui fuit magnus fur)et tunc ponitur p quolibet fure. Unde matheus. Est verres vicio furti pollutus honesti. Expers ad raptū pronus:ad arma piger.et est zeuma a principio. ¶ Construe. Tu lector equiuocabis quatuor scꝫ sigtiones sub illo verbo verro/ris. facit.i.signat mundo/as.ꝗ pro et/et sulco/as.et deleo/es.et furor/aris. ¶ Et ista sunt quatuor verba ad que equiuocatur verro/is.quoqꝫ pro certe.hinc.i. ab illo verbo deriuātur ista scilicet hoc verriculum/li.hic verres sus.i.existēs sus.id est aper aut porcus cum testiculis(anglice a bore)quoqꝫ p ꝛ et verres existens fur.ꝛc̄. Ista superius exponuntur.

¶ Et coniugatur Uerro/ris.verri/aut versi.versum versu in supino. Alexander in doctrinali. Ri vel si verro versumqꝫ supino. ¶ Item alius docet quomodo ista tria verba verto/verro/et vergo faciunt preterita et supina.

¶ Ti verro/si vergo/ri verrere vel si. his tribus est versum vbis cōmune supinū. hoc est verto/tis.facit in preterito verti.vergo facit vsi.verro facit ver

¶ Ti verto vergo/ri.si. verrere vel si. his tribus est versum verbis comune supinu. hoc est verto/tis. facit in preterito verti. vergo facit versi. verro facit verri aut versi. Et oia ista tria verba faciunt in supinis versum/versu. Alius dixit. Verto facit versum vergo verro quoqz versum. Et est verro actiuum.

Designat video visum habere vel vti — Video
Visu cautelam pariterqz probabileqz signat.

¶ Autor dicit q video/es.ere. plurib⁹ modis accipit. Primo.i. habere visu3 aut vti visu. ¶ Et est differetia inter videre/aspicere/ et intueri. Videm⁹ natura/aspicimus voluntate/intuemur cura. Item videre.i. cauere: vt visu est michi cauere sic facere.i. cautu est michi facere. Et in euagelio. Quid ad nos. tu videris.i. caueris. Et videre est pbabiliter intelligere vel sentire: vt vides ne ista questione.i. an ne pbabiliter intelligis vel sent3. Nota q video/es. est actiuu. et nos corripis hanc syllaba vi in pñti: sed eam pducit in preterito pfecto. Vn. Multi videre que non licuere videre. primu videre est preteritu tem pus pfectu: et producit vi.i. viderut. et vltimu videre est pñs tps infinitiui mo di et corripit prima. Nota q sm Catholicon (qui priscianu allegat) videre a te. ibi videre est passiuum. vt videor esse bonus. ibi est deponens.
¶ Construe. hoc verbum video designat.i. significat vel habere visum: vel vti visu. qz pro et. significat cautelam et pariter probabile.

Me vocat acclamas/vocat hic me nome adaptans — Vocare
Qui ciet ille vocat: et vocat ecclesia.

¶ Autor dicit q voco/cas. quatuor modis sumitur. Primo.i. clamare sic ibi. Magister clamat pro te. Vocare.i. nomen imponere puero ad ostiu ecclesie. sicut ibi. Vocabant eu noie pris sui zacha[...]. Vocare.i. ciere. quod ide est q excitare/monere: sicut ibi. Vocauit eu ad ira.i. excitauit. Et vocare est aliquē vel aliquos ad bona vita incitare: sicut ecclesia vocat peccatores ad peniten tia. Et voco/as. est actiuu. ¶ Con. Aliqs vocat me: et ille q ciet.i. monet vl ex citat vocat: et ecclesia vocat.i. monet peccatores ad penitentiam vel surge re de pec[...], per confessione oris/contritio[...] cordis/et satisfactione operis.

Nos exoptando/nos promittendo vouemus — Voueo
Non sua quisquis vouet/domino quoqz nostra vo uemus.

¶ Dicit q voueo habet duas sigtiones. Primo.i. exoptare. sicut ibi. voueo q fecissem libru.i. exopto vel desidero q fecissem. Ite vouere.i. promittere. ibi. Vouete dño et reddite.i. pmittite. Et zponitur cu de et dr deuoueo/es.ere.i. valde vel deorsum vouere: vel maledicere: vel execrari. Et zuoueo/es.ere.i. simul vouere. Et reuoueo/es.ere.i. iteru vouere. Et est voueo actiuu cu oib⁹ suis compositis: et corripit hanc syllabam vo in presenti: et inde formatis ab eo. Sed in preterito perfecto producit vo: et in omnibus formatis ab eo. Et coniugatur voueo/es. voui/votum. etc. ¶ Construe. Nos vouemus exoptan do.i. desiderando: et nos vouendo promittendo: vt iste vouit ire ad sanctum Jacobum. Deinde subiungit exempla dices. Quisquis.id est quilibet homo

vouet. id est desiderat non sua. i. alia q̄ sua. q pro et/et vouemus domino. id est deo (qui solus est dominus vota nostra)

Uotum **Affectum promissa preces/votum tibi signat.**

¶ Autor docet q hoc nomen votū/ti. equiuocatur ad tria. Primo scz affect⁹ quod idē est quod desideriū. Et votum. i. pmissum: vt iste reddit votū suum id est promissum. et tunc dicatur de voueo/ues. ere. i. promittere. Itē votū. i. oratio/supplicatio/preces nostras. Sicut ibi. Uota nostra quesumus domine clementer exaudi. i. preces nostras. ¶ Construe. Uotū signat tibi affectū. id est desideriū: et promissa. id est promissum: et preces. i. precem.
¶ Numerus pro numero causa metri ponitur.

Uolo. **Uult tria significat placet et pretendit et optat.**

¶ Autor docet equiuocationē in isto vbo volo vis. qd habet tres sigtiones. Primo. i. placet. vt volo michi uens hoc fieri. Et volo significat pretendere: et tunc deriuatur ab eo. hic vultus/us. m. i. faciēs: q2 vultus pretēdit voluntatem mentis hominis. Unde quidam. In vultu legitur hominis quid delateat intus. Et volo. i. opto hoc fieri. Item a volo deriuatur volitus/a. um. quo vocabulo vtuntur theologi nostri. Sic hoc est volitū a deo q ego sum. id est deus vult q ego sum. Et volo/vis/lui. sine supino autor malum neutrum.

Ulciscor **Dicitur vlciscor hostes vlciscor amicos**
Exponit primum de nobis pro et secundum.

¶ Autor dicit q hoc verbum vlciscor/eris. vltus sum/vlcisci: secundum quod dicitur vlciscor hostes. id est capio vltionem. id est vindictam de hostibus. Sed vlciscor amicos exponitur accipio vltionem p amicis. ¶ Similiter vlciscor vno modo exponitur. Accipio vltionē de te. Alio modo exponitur. Accipio vltionem pro te. id est vindicabo te.
¶ Construe. Ulciscor hostes dicitur: et vlciscor amicos. De illa prepositio exponit primū scz vlciscor hostes. i. de hostibus. q pro et/et ista prepositio pro exponit nobis sm̄ scz vlciscor amicos. i. vlciscor p amicis. Et est vlciscor verbū deponēs. Inde hic vltor/vltoris. hec vltrix/vltricis. ¶ Et potest declinari hic et hec et hoc vltrix -tricis. media producta. Et vltus/a. um. quod sepe accipitur in significatione pessima. Unde inultus/a. um. i. non vltus.

Ubi. **Est infinitum reddit rogat est vbi postq̄.**

¶ hic docet autor q hoc aduerbium vbi sumit aliqā infinitiue: vt ibi. Est vbi das munus vires amor. nō enim dicit in quo loco hoc est. sed infinitiue dr̄. et cē. Ponitur redditiue vel retributiue: vt ibi. Reddam tibi vt potero. Item vbi ponitur iterrogatiue: cū dico. Ubi fuisti tamdiu. Et vbi. i. postq̄. in qua significatione accipitur multotiens apud poetas. Unde Ouidius in libro metha. Sic vbi deseruit madidos circūfluus agros. vbi. i. postq̄. Salusti⁹. Ubi cōsulueris mature opus est facto. i. postq̄ accepisti consiliū opus facere. Et etiā

opus. Boetius de cōsolatione libro primo prosa prima. Que vbi poeticas musas nostro vidit assistentes thoro. vbi. id est postq̄. ℂ Cōstrue. hoc aduerbiū vbi est infinitiuū id est tenetur infinitiue. et reddit. i. tenetur redditiue. vl' retributiue. rogat. i. tenetur interrogatiue. et vbi. id est postq̄.

Unde refert/querit/loca causam materiamq̄. de aduer.

ℂ Hic autor docet q̄ hoc aduerbiū vnde/aliqñ tenetur relatiue. vt ego sum vnde ꝛ tu. Et vnde querit locum. Ut vnde venisti. i. de quib' locis venisti. Et vnde querit materiam de qua aliquid est factum. sic vnde est iste cultell'. id est de qua materia est factus. scilicet vtrum de calibe aut de ferro.
ℂ Cōstrue. Unde refert. i. tenetur relatiue. ꝛ vnde querit. q̄ p ꝛ materiā. ꝛc̄.

Ut q̄tum/q̄uis/vt qualiter equiuocabis
Et sicut postq̄/quatinus/ac vtinam.

ℂ Autor hic ponit q̄ hec dictio vt multis modis accipit'. Primo pro q̄tum. Heu mihi miserum vt pecco. i. q̄tum pecco. Et vt. i. vtinam. Horati' in sermonibus. Jupiter vt pereat positum rubigine ferrum. i. o iupiter vtinam ferrū positum rubigine pereat. Et vt. id est q̄uis. Unde Ouidius. Protinus vt venias facta videbor anus. vt id est q̄uis protinus. id est cito. videbor. i. apparebo facta anus. id est vetula. Et est versus in libro heroidū. ℂ Ut. i. qualiter Ouid. ponto. Cernis vt ignauum corrumpunt ocia corpus. Ut capiant vitiū ni moueantur aque. cernis. id est aspercipis. vt id est qualiter ocia corrumpunt ignauum corpus. id est desidiosum et pigrū corpus (anglice slawe) quasi diceret sicut aque capiunt vitiū. i. corrumpuntur et putrescunt nisi moueātur de vno loco ad aliud. ꝛc̄. Et est bonū prouerbiū p̄ ra... qui nolūt labores propter segniciem et torporem. tales nāq̄ solent ad pessima vitia declinari. Item vt ponitur pro sicut. Ouid. Ut redditq̄ ferat longū formica per agmen. Item vt. i. postq̄ sicut hic. Istud quidam opus vt fecero volo ad aliud transferre. vt fecero ibi est postq̄ fecero. Item vt. i. quatinus vt hic. Rogo te vt destines equum michi. vt ibi. id est quatinus. ℂ Construe. Tu equiuocabis vt q̄tum et vt q̄uis. vt qualiter. ꝛ sicut postq̄. vt quatin' ac pro ꝛ. et vtinā. omnia q̄tum ista significat vt sicut iam patet per exempla.

Quatinus et sicut/hec duo signat vti. de ꝯiūctio

ℂ Autor docet hic q̄ hec dictio vti duob' modis accipitur. Primo pro quatinus vt rogo te vti facias hoc. i. quatinus facias hoc. ℂ Et vti pro sicut sepius reperitur. Uñ Boetius vbi supra. Uestes erāt tenuissimis filis. i. subtili artificio indissolubili materia perfecte. quas vti post eadem prodente cognoui suis manibus ipsa texuerat. ibi vti ponitur pro sicut ꝛ tunc corripit primam syllabam. Sed quando est infinitiuus modus de vtor/vteris pducit primā Uñ quidā ait. Uiuat seruus vti qui paruo nescit vti. i. ille viuat vt seruus. id est sicut seruus qui nescit vti paruo. i. mediocritate diuitiar. ℂ Cōstrue. Hec cōiunctio siue aduerbium vti significat hec duo. scz quatinus et sicut.

Nomen dic vtrum coniunctio dicitur vtrum.

ℂ Hic docet autor q̄ hec dictio vtrū aliquando est nomē aliquādo cōiunctio

Est nomē qñ sic dico. vtrū istorū duorū aīaliū currit. i. alter istorum duū animaliū aut hic. vtrū istorū duorū hoīm video. i. vnum aut alterū istorū duorū hoīm video. Et declinatur vter/vtra/vtrū. et est proprie distributiuum: et proprie duorū: sicut ostendo duos currentes dr vterqꝫ istorū currit. Sed hoc nomen quilibet distribuit inter plures ꝙ duos. sicut ostēdo plures aut multos currentes dicitur quilibet istorū currit. Item vtrū est coniunctio: et sic ponitur pro an/aut. ꝑ ve/qḋ idem est qḋ an: vt hic. Tu nescis vtrū stelle celi sint pares aut impares. Unde in Anticlaudiano in p̄mo folio primi libri sta tim post principiū in secundo cap̄. Nec subitos animi motus perpessa repente. Currit ad hec opera sed adhuc deliberat vtrum. Possit ad liberam rationis signat pensat. Ibi vtrum ponitur pro an possit.

Uel — Uel dicas etiam/vel saltem/vel quoqꝫ siue vtrū.

¶ hic autor docet ꝙ hec cōiunctio vel habet tres significatiōes. Nam idem est qḋ etiam. vt hic. Qui virtute sua superat vel aromata cuncta. et est versus cuiusdā libri qui vocatur phisiologus. et sic debet construi. Omnipotēti deo referimus gratias qui superat virtute sua. vel id est etiā cuncta aromata. id est cūctas species preciosas. Item vel idem est qḋ saltem. vt ibi. Si non suis vatibus credat vel gentilibus. vel ibi. i. saltē. ¶ Cōstrue istū versum sic. Si iudea nō credat. i. nō velit credere suis vatibus. i. suis proprijs prophetis scilz Esaie. hieremie ⁊ hmōi. de incarnatiōe christi. credat vel gentilibꝰ. i. saltē gentilibus scz vatibus. i. versibꝰ sibille. q̄ versus facit aperte loquētes de incarnatiōe iesu xp̄i. Itē vel idem est qḋ siue sicut cōmuniter accipitur. vt henricꝰ vel hereticus scribit. ¶ Construe. O tu lector dicas hanc coniugatiōnē vel idem quod etiā. et dicas vel idem qḋ saltem. quoqꝫ pro et. et dicas vel idē qḋ siue.

Xantus — Xantus rex grecie fuer[illegible] fluuius quoqꝫ troie.

¶ hic autor docet ꝙ hoc nomen xantus habet duas significatiōes. Nā xantus fuit proprium nomen cuiusdā regis qui quondā regnauit in certa insula oceani quā saturnus primo regnauit. Uñ theodolus sic. Primus creteis saturnus venit ab oris. Que quidē insula nūc vocat̄ vulgo candy. ¶ Item xantus vocat̄ fluuius q̄ est in phrigia qua sita fuit troia. ¶ Cōstrue. Xan[illegible]s fuerat rex crete. quoqꝫ pro et. et xantus est fluuius troie. id est frigie. Et est frigia pars asie. ¶ Nota hec creta/crete (anglice chalke)

Xennia. — Xennia prem[illegible]/xennia munera/seu benefacta.

¶ Autor dicit ꝙ hoc nomen xenniū habet tres significationes. Nā xennia. i. premia. vt si xp̄m sequeris tu xennia magna mereris. ¶ Item xenniū munꝰ paruū vel qḋcūqꝫ munꝰ siue magnū siue paruū missum alicui (a present.) Uñ quidā. xennia q̄ nobis mittis tibi multiplico bis. ¶ Itē xenniū benefactū seu bñficiū qḋ aliqs fecerit alicui. Uñ quidā. Do grates vobis ꝑpter data xenia nobis. i. ꝑpt bñficia vr̄a collata nobis. Xeniū dr̄ a xennies qḋ est peregrinum Et ꝯponitur xenniū cū ex/⁊ dr̄ exennium idē qḋ xenniū. ¶ Cō. Xennia sunt premia. et xennia sunt munera. et xennia sunt benefacta. id est beneficia.

zelus. — zelus amor tibi sit imitatio sit tibi zelus
zelus suspitio: zelus inuidia.

¶ Et zelus.id est imitatio. Uñ zelo zelas.id est imitari.id est sequi.vt ibi. Ne q̃ zelaueris facientes iniqtatē.id est ne sequaris vel imiteris facientes iniqtatem. ¶ Itē zelus est suppositio habita de forma mulieris vel viri. Et dicitur (anglice ielyous) sicut aliquis habet zelū super vxorem suā vel aliam mulierem credens eam adulterari propter formam aut pulchritudinem suam ¶ Item zelus.i.inuidia.sic ibi.zelus do m⁹ tue comedit me.id est inuidia quā habui propter prosperitatem domus tue.comedit me.id est corrosit me aut torquebat me.id est cor meum.

Et sic finito libro equiuocorum

Equiuoca legi/que metri lege coegi
Et libet illa legi/pueris quibus ipsa legi.

¶ Finito libro equiuocorum siue equiuocationum: autor hic istos duos v̄sus annectit. In quibus duo dicit. Primo q̃ ipse innuit dictiões istas equiuocas (taliter qualiter hic ponuntur) in libris autēticis quos perlegit.⁊ hoc ibi. Equiuoca legi.et per hoc significat librum suum autenticandū. ¶ Secundo dicit se compilasse illum tractatum pro pueris et non pro prouectis.⁊ hoc ibi cum dicit. Et libet illa legi.⁊c̄. Et in hoc excusat se de humilitate stili/quo librū suum conscripsit ad vtilitatē precipue puerorum. ¶ Cōstrue. Ego legi equiuoca hec:scilicet in libris autorum.que scilicet equiuoca coegi.id est coniunxi vel collegi.lege.i.cum lege metri. Et libet.id est placet.illa scilicet equiuoca legi id est plegi.vel doceri pueris id est nouellis discipulis quibus.id est pro quibus.vel ad quorum vtilitatem ego pegi.i.feci.ipsa scȝ equiuoca.⁊c̄.

Fausti poete laureati ac regij. Ad sanctam eucharistiam Carmen.

O Pia que sacrum libamina pascitis agnum
O pura indigna victima cesa manu.
Ad tua confugio vitali mistica gestu
Ceruus vt ad vitreas currit anhelus aquas.
Est mea confiteor vario mens icta reatu
Penitet admissi noxia corda mali.
Intima discruciant sensus tormenta profundos
Et fluit in mestos sedula gutta sinus.
Labitur aeria preceps seu flumen ab alpe
Et fel preterito nectare maius adest.
Confessas has terge notas: animamqꝫ precãtem
Perpetuo pascas hostia vera cibo.
Que tua sincera libant sacra corpora mente
Ora queunt tristi nulla perire fame.
Si mea non tanti sunt tecta capacia regis
Candidus attrito pectore supplet amor.
Ipse adamas durus solo fit sanguine mollis
Flecteris a prono mitior ore deus.

Eiusdem de virgine christum crucifixum in gremio suo deflente Carmen.

H Eu heu ꝙ summo genitrix astricta dolore
Ecce fouet mesto pignora cesa sinu.
Non sic phebeo confossos vulnere natos
Aspersit miseris fletibus orba parens.
Nec sic heliades: si vera est fama sorores

Carmen de maria virgine.

Defleuerunt fratris fata cruenta sui.
Ut pia deplorat laceratis virgo capillis
Plangit et insana pectora nuda manu.
Qualis et ogygio menas stimulata furore
Attonita immensis questubus astra replet.
Interdum exhausta est defesso lingua palato
Et torpet rauco mutus in ore sonus.
Siccaqz consumptis modo lumia deserit humor
Amissisqz cadens sensibus illa riget.
Phydiaca celata manu ceu marmora friget
Amissisqz cadens sensibus illa riget.
Usqz adeo caros dolor implacabilis artus
Imaqz sollicitus congelat ossa pauor.
Ut redeunt solite reuelata in corpora vires
Lamentum infelix maius adorsa nouat.
Uix etiam gladio precordia sentit acuto
Et nullo tantum pectore vulnus hiat.
Infantem cupidis xp̄m cum stringeret vlnis
Hec sunt fatidico vaticinata sene.
At non crudelis tam vastus vulneris ictus
Nec sunt venturi credita damna mali.
Quis xp̄m humana trutinandum lance putasset
Sed reus indigno iudice factus obiit.
Corpora non cernis multo percussa flagello
Queqz sacrum penetrant spinea serta caput.
Non sublime vides quo fixa est victima lignū
Quinaqz iudea vulnera facta manu.
Impia quin etiā perpessum funera christum
Concussa insuetis motibus arua docent
Cecus et amissa phebeus lampade vultus
Pallidaqz obscuris cynthia vecta rotis

Atq; chaos metuens iterum natura vetustum
Monstraq; sunt tantum testificata nephas
Iure igitur sparsa est materno ex ore querela
Iure rigat tristes plurima gutta sinus
Nos quoq; funerea succincti veste gemamus
Atq; humili tutam mente rogemus opem
Scilicet vt nostro letalem ex corpore pestem
Et quodcūq; fuget virgo benigna malum
Nam nisi nos solita misera pietate fruamur
Nullus ab instanti peste superstes erit.

Finis.

¶ Liber equiuocoꝝ quorūdam vocabulorū secundum ordinem alphabeti: vna cum interpretatione Anglice lingue explicit. Adiuncto carmine de sancta eucharistia: et de virgine christum crucifixum in gremio suo deflente Impressus Londonijs per Wynandū de worde. in vico vulgariter nuncupato (the fletestrete) ad signum solis commorantem. Anno domini Millesimo quingentesimo. xvij. die. iiij. mensis Aprilis.



14

end

[illegible] ~~70/-~~ x[illegible] 75/-/-

[illegible] perfect

a few small [illegible]
neatly mended

P.3, small [illegible] after
[illegible] slit mended

[illegible]

[illegible]

10.40